

DE DECIMIS.

CARTARUM DE LUMBISA.

INCIPIUNT

CAPITULA CARTARUM DE LUMBISA.

- I. Carta B. comitis, de decima de Lumbisa.
- II. Carta Alardi Cameracensis episcopi, de eadem decima.
- III. Carta M. ducisse, de compositione decimarum de Hauruth.
- IV. Concessio cujusdam decime.
- V. Carta B. comitis, de decima de Frasne.
- VI. Carta B. comitis, de decima Johannis de Lumbisa (pro eadem decima de Lumbise, vide cart. iv de Lumbiseoul).
- VII. Carta P. Cameracensis episcopi, de eisdem.
- VIII. Carta B. comitis, de decima E. de Camberon (pro decima de Ath et Brantigniez).
- IX. Carta P. Cameracensis episcopi, de eadem.
- X. Carta M. officialis Cameracensis, de decima W. feodati.
- XI. Carta ecclesie Sonégiensis, de decima N. de Mignau, in parochia de Scassines.
- XII. Carta N. officialis, de eadem decima.
- XIII. Carta ecclesie Sonégiensis, de decima W. de Scassines.
- XIV. Carta N. officialis Cameracensis, de eadem decima.
- XV. Carta O. de Arbra, de decima de Molnbeke.
- XVI. Carta N. officialis Cameracensis, de eadem decima.
- XVII. Carta Sancti-Dyonisii de decima de Wedenghien (de eodem capitulo l^o xxv^o et in cartis de concordia ecclesiarum, capitulo iii^o et xiii^o).
- XVIII. Carta N. officialis Cameracensis, de eodem.
- XIX. Carta Johannis officialis Cameracensis, de prescriptis decimis.
- XX. Carta Johannis Cameracensis episcopi, de decima de Molenbais.
- XXI. Carta B. comitis, de decima de Dergnau et de Gage.
- XXII. Carta J. Cameracensis episcopi, de decima de Gage.
- XXIII. Carta Ar. de Audenarde, de decima de Woudeke (de eodem cum cartis de Woudeke, vii^o capitulo).
- XXIV. Carta concessionis Sancti-Amandi deest.
- XXV. Carta J. Cameracensis episcopi, unde supra.
- XXVI. Carta E. de Aengien, de decima de Porpais (de eodem capitulo xxvii^o, lx^o, lxxx^o, lxxxii^o, lxxxiii^o).

- XXVII. Carta Nivigellensis ecclesie, de eadem decima.
- XXVIII. Carta W. de Fontanis, de altari de Boignies et ejus censu.
- XXIX. Carta Ar. de Moriaumez, unde supra.
- XXX. Carta H. episcopi Leodiensis, de altari de Boignies.
- XXXI. Carta H. Leodiensis episcopi, de confirmatione de Boignies.
- XXXII. Carta W. de Ligne, de decima sua.
- XXXIII. Carta W. de Fontanis, de eadem.
- XXXIV. Carta ecclesie Liciensis, unde supra.
- XXXV. Carta J. Cameracensis episcopi de eadem.
- XXXVI. Carta E. de Aengien, de decimis de Wisebeke et de Gondreguien.
- XXXVII. Carta J. officialis, de decima de Florgies.
- XXXVIII. Carta J. officialis, de decima de Sorodenges.
- XXXIX. Carta ejusdem officialis, de decima de Tongre.
- XL. Carta ejusdem officialis, de decima de Sierfontaines.
- XLI. Carta G. de Grimberge, de decima Th. de Ostie et H. de Molendino.
- XLII. Carta de donatione decime de Hoves.
- XLIII. Concessio Sancti-Dyonisii de eadem decima.
- XLIV. Carta J. Cameracensis episcopi, de eadem decima (de eadem capitulis XLIII^o et XLIV^o, et XXIII^o, et in cartis de Hauruth xxxv^o, xxxvi^o, xxxvii^o).
- XLV. Carta J. Cameracensis episcopi, de decima de Papenghien (de eadem LI^o capitulo).
- XLVI. Concessio Liciensis ecclesie, de decima de Wanebieke.
- XLVII. Carta E. de Aengien, de decima de Papenghien (de eadem capitulo XLV^o, XLVII^o, XLVIII^o, XLIX^o, L^o, LI^o, LV^o, LXIV^o et LXXI^o).
- XLVIII. Carta ejusdem E. de eadem decima.
- XLIX. Concessio Nivellensis ecclesie, de eadem decima.
- L. Carta decani de Hal, de eadem.
- LI. Carta J. Cameracensis episcopi, de decimis de Wanebeke et de Papenghien.
- LII. Carta ejusdem, de decima de Hyon.
- LIII. Carta ejusdem de decima de Watier-Braine.
- LIV. Carta domini E. de Aengien de eadem. (Carta O. de Trasegnies de decima de Thoricourt XI^o, inter chartas portarii. Carta officialis Cameracensis, de eadem decima, XII^o).
- LV. Carta domini Antonii de Brania, de decima de Papenghien.
- LVI. Carta H. de Lens de decima de [Ka]-naste.
- LVII. Carta J. Cameracensis episcopi, de eadem decima.
- LVIII. Carta Cameracensis ecclesie, de decimis in suo personatu.
- LIX. Carta G. Cameracensis episcopi, de decima de Nova-Villa.
- LX. Carta H. Leodiensis episcopi, de decimis de Pourpais.
- LXI. Carta W. de Fontanis, de mutatione dotis uxoris W. de Ligne.
- LXII. Carta J. Cameracensis episcopi, de decimis de Sierfontaines, Florgies, Tongre et de Sorodenges.
- LXIII. Carta E. de Aengien, de decima de Hoves.
- LXIV. Carta J. Cameracensis episcopi, de decimis infra parochia de Papenghien.
- LXV. Carta P. Condatensis prepositi, de decima sua apud Ligne.
- LXVI. Carta W. de Ligne, de eadem decima.
- LXVII. Carta S. de Aengien, de decimis de Sorodenges, de Goy et de Flobiech.
- LXVIII. Carta G. Cameracensis episcopi, de eadem decima.

LXIX. Carta G. Cameracensis episcopi, de decima de Ronkieres.

LXX. Carta G. Cameracensis episcopi, de decimis de Baffe et Gaghe.

LXXI. Carta E. de Aengien, de decimis de Papenghien, de Berges et de Bougardes.

LXXII. Carta G. Cameracensis episcopi, de missione in possessionem decime de Nova-Villa.

LXXIII. Carta O. de Trasignics, F. de Ligne et W. de Forest, de decima Nove-Ville.

LXXIV. Carta B. de Ollies de quadam decima.

LXXV. Carta G. Cameracensis episcopi, de decima de Wedengien.

LXXVI. Carta G. Cameracensis episcopi, de carragio decime de Haynuwieres.

LXXVII. Carta W. de Ladeuse, de decima W. de Maubruit.

LXXVIII. Carta G. de Hallud, de decima B. de le Duce.

LXXIX. Carta J. de Heripont, de decima B. de le Duche.

LXXX. Compromissio super decima de Pourpais.

LXXXI. Carta arbitrorum super eadem decima.

LXXXII. Carta N. de Bosco, de decima de Pourpais.

LXXXIII. Carta W. de Montibus, de decima de Parvo Kevi.

LXXXIV. Carta N. Cameracensis episcopi, de decima de Soradenges.

LXXXV. Carta B. de Avesnis, de decima de Florezies.

LXXXVI. Carta domini J. de Avesnis, de decima de Florezies.

LXXXVII. Carta N. Cameracensis episcopi, de eadem decima.

LXXXVIII. Carta Liciensis ecclesie, de eadem decima.

LXXXIX. Carta G. de Hallud, de decima de Soradenges et de Parranchc.

XC. Carta J. Cameracensis episcopi, de decima Johannis villici de Papenghien.

XCI. Carta B. de Avesnis, de decima de Floresies, que fuit H. de Aimmeries.

XCII. Carta domini Bethonis, archidiaconi Cameracensis, de decima de Fignies.

XCIII. Confirmatio episcopi Cameracensis de eadem.

XCIV. Carta officialis Cameracensis, de eadem.

XCV. Duo cyrographa simul ligata, de eadem.

XCVI. Confirmatio comitis Hanonic de decima de Fignies.

XCVII. Instrumentum contra curatum de Wedeghien de decimis animalium.

XCVIII. Carta abbatis et conventus Lobien-sis de decima de Sorodenge. (Cette charte est insérée en entier dans celle qui se trouve indiquée plus haut sous le même numéro.)

XCIX¹. Sententia de decima de Frasnec.

C. Sententia contra dominum de Lumbise, pro decimis.

¹ Ces deux dernières pièces ne se trouvent pas dans le Cartulaire.

CARTARUM DE LUMBISA.

Ex MS. libro Sancti-Amandi, qui Albus dicitur, numero XLVI.

(1142.)

In nomine summae et individuae Trinitatis. Nicolaus divina miseratione Cameracensis episcopus, tam futuris quam praesentibus sanctae matris ecclesiae fidelibus in perpetuum. Apostolus nos exhortans ad seminandum in praesenti opera misericordiae, quibus in futurum metamus indeficientem fructum justitiae, ita dicit: Qui parce seminat, parce et metet: et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet. Proinde, carissime frater Absalon, abbas Sancti-Amandi, tuam tuorumque fratrum religiosam conversationem cum devotione amplectentes, propter remunerationem aeternorum quae nobis nostrisque, tam praedecessoribus quam successoribus, per Dei gratiam et per vestras orationes desideramus impendi, faventes devotae petitioni venerabilis abbatis Claraevallis, domini Bernardi, ad sustentationem vestri monasterii, ex nostro gratuito dono assensu nostrorum archidiaconorum et clericorum altare de Voldeca cum suis redditibus tibi tuisque successoribus et fratribus ecclesiae Sancti-Amandi, salvis nostris et nostrorum ministrorum debitis, liberum et absque persona in perpetuum concedimus. Ad arcendas itaque quorumlibet importunitates, datis conservatoribus benedictione, in prevaricatores quoad resipuerint excommunicationis sententiam, promulgamus atque canonica subsignatione nostrisque sigilli impressione hujus decreti nostri paginam confirmamus.

S. Theoderici ejusdem altaris archidiaconi, S. Joannis; S. Alardi; S. Everardi, archidiaconorum; S. Gerardi, decani, et archidiaconi, S. Gualteri, S. Guerinbaldi, S. Gerardi, sacerdotum; S. Geriboldi, S. Guillelmi, S. Hugonis, S. Rodulphi levitarum; S. Eustacii, S. Roberti, S. Joannis, S. Fulconis, sublevitarum. Actum anno verbi incarnati M^o C^o XLII^o, prae-sulatus domini Nicholai VI^{ti}, indictione V^a. Ego Guerinbaldus cancellarius recensui.

Absaloni successit Gualterus N. Ex abbate Sancti-Amaldi, monachus sub S. Bernardo Clarevallensi, hujus commendatione suffectus Hugo II, ex abbate primum S. Joannis Laudunensis,

(Elnonensi XLII. — Ex tomo II, libri ejusdem Abbi, numero CCXIII.)

In nomine Patris et Filii et Spiritus-Sancti. Amen. Hugo per Dei misericordiam humilis minister ecclesiae S. Amaldi, omnibus fidelibus tam presentibus quam futuris in perpetuum. Saepius quae a predecessoribus statuta sunt vel ordinata, successorum incuria vel negligentia immutari vel depravari videmus; ea propter notum facimus praesentis cartae testimonio, quod ego et fratres ecclesiae nostrae ad petitionem venerabilis abbatis Gerardi de Camberon, communi consilio et assensu fratribus de Camberon, etc. *Vide supra*, cap. *Lumbisiolae*, carta IV.

I.

Carta B. comitis de decima de Lumbisa.

(1177.)

Ego Balduinus, per Dei gratiam comes Haynocensium, fidelibus universis tam presentibus quam futuris in perpetuum. Novimus expedire nobis equitatis ae pietatis norma prescribente, ut quanto nos in hoc mundo Domini sublimavit dignatio, tanto serius ei nostra suffragetur munificentia, et adhibeatur a nobis amplior opitulatio. Noverint igitur fideles cuncti tam presentes quam futuri, Engelbertum de Stenquerea duas partes decime, quas de nobis in feodum tenebat terrarum omnium que infra territorium

Lumbisiole continentur, tam earum videlicet que in presenti coluntur, quam earum que, silvis ac palustribus locis et incultis in agriculturam redactis, deinceps in eodem territorio colentur, ditioni nostre sub hoc tenore reddendo restituisse, ut eas Danieli abbati Camberonensi, et ei cui preest domui, in ordine Cystercienti Christo militanti, in elemosinam conferremus. Placuit itaque nobis ex ipsis, scilicet duabus de quibus agitur decime premissis portionibus, hoc ipsum opus fieri pietatis, et eas prefato Danieli abbati Camberonensi et ejus domui vite perhennis (gratia) per manum domini Gerardi Alnensis abbatis in elemosinam libere ac legitime contradidimus, tam Engelberto prenominate et ejus uxore Gertrude, quam filiis eorum, Gossuino videlicet, Alexandro atque Johanne concedentibus et assensum benigne prebentibus, et nec nobis nec ipsis quippiam in eis juris retinentibus. Porro monumentum hujus donationis tam sollempniter ac legitime peracte presens conservabit pagina, tam auctoritate nostre dignitatis insignita nostreque imaginis impressione munita, quam testium fideliumque idoneorum subscriptione roborata. Hujus autem rei testis et fidejussor existo et ei defensionis nostre protectionem promitto. Hujus rei nostri testes sunt: Eustachius de Ruez, item Eustachius filius ejus, G. de Aengien, W. de Lens, Eustachius filius ejus, Walbertus de Lovinies, W. de Stenquerca. Actum dominice incarnationis anno M^o C^o LXX^o VII^o, indictione X.

II.

Carta Alardi Cameracensis episcopi de eadem decima.

(1177.)

Universis sacre matris ecclesie filiis in perpetuum. Inter cetera pietatis opera nostreque professionis articulos hoc quoque nostro statuimus in animo, ut servis Christi non solum in spiritualibus verum etiam in temporalibus pro nostre dignitatis et officii nomine, nostra sollerter invigilet intentio; fidelibus igitur innotescat omnibus, Engelbertum de Stenquerca duas partes decime terrarum omnium que infra territorium Lumbisiole continentur, tam earum videlicet que in presenti coluntur, quam earum que silvis ac palustribus locis et incultis, in agriculturam forte redactis,

deinceps in eodem territorio colentur, Danieli abbati Camberonensi et ei cui preest domui in ordine Cisterciensi Christo famulanti, annuente Hainocensi comite, de quo dinoscebatur eas in feodum tenere, per manum nostram vite perhennis gratia in elemosinam legitime contulisse, et nichil prorsus in eis juris sibi retinuisse. Porro donationem hanc tam Gertrudis, ejusdem uxor Engelberti, quam filii ejus, Gozuinus scilicet et Alexander atque Johannes, approbantes concesserunt. Paginam itaque presentem donationem tam legitime peractam continentem, tam impressione nostri sigilli munitam, quam testium fidelium et idoneorum subscriptione roboratam, modernorum ac posterorum notitie delegamus, interdicentes sub anathemate, ne quispiam ei temere temptet obviare. Hujus autem rei testes sunt: Gervasius, abbas Sancti Dionisii in Brocheria, et Willelmus prepositus ipsius, Theodericus sacerdos de Brugeletes, Gozuinus de Aengien, Walterus de Lenz, Egidius de Gagia, Gaufridus et Walterus frater ejus de Brugelettes. Actum dominice incarnationis anno M^o C^o LXX^o VII^o, indictione decima.

III.

Carta M. ducisse de compositione decimarum de Hauruth.

(1197.)

Mathildis, ducissa Lotharingie, in perpetuum. Notum sit omnibus tam posteris quam presentibus quod Eustachio de Runchieres, post multa gravamina que intulerat fratribus de Camberone in decimis suis, defuncto, Helvidis uxor sua, filii, ceterique ipsius heredes violentiam predicti Eustachii recognoscentes, cum supradicti cenobii fratribus composuerunt, tali interposita conditione quod decimas, videlicet duas garbas, de terris antequam Balduinus in abbatem eligeretur sartatis, perciperent. Similiter habebunt decimas de omnibus terris cultis, si quas predicta ecclesia deinceps adquisierit. De omnibus autem silvis que a constitutione prefati abbatis sartate sunt propriis laboribus ac sumptibus vel deinceps sartari poterunt, omnem decimarum calumpniam heredes sibi penitus abdicaverunt. Ut autem forma hujus compositionis in posterum teneatur illesa, dominum meum Henricum ducem, in transmarinis partibus Christo militantem, nos

nostrique sanguinis successores interposuerunt sponsores. Modus hujus compositionis assensu et cooperatione fratrum predicti Eustachii, scilicet Brutun, Nicholai, Walteri, et Nicholai, avunculi eorum, fide ipsorum interposita confirmatus est sub testimonio Henrici de Scausines, Cesarii de Virez, Amandi de Runchieres sacerdotum, Gozuni de Herierpont, Wicardi de Scausines, Gerardi de le Scaile, Reneri Heaume, militum. Hec sollempniter recognita sunt in nostra et fidelium nostrorum presentia, Karoli de Villari, Huberti de Parco, abbatum, Arnoldi de Wismale, Gosuini de Isca, Walteri de Noville ac filiorum ejus, Leonii de Udenchem et aliorum quam plurium. Actum anno incarnationis dominice M^o C^o XC^o VII^o.

IV.

Concessio ejusdem decime.

(1197 environ.)

Viro venerabili, abbati de Camberon totique conventui, B. Dei gratia Nivellensis abbatissa, pro delinquentibus exorare, ut a peccatis solvantur. Quicquid Aleidis, ancilla beate Gertrudis, et filii ejus de decima sua fecerint, pro utilitate et communi bono ecclesie vestre, gratum habemus.

V.

Carta B. comitis de decima de Fraine.

(Binche, 1199.)

Ego Balduinus Flandrie et Hainoie comes, universis tam presentibus quam futuris notum fieri volo quod terciam partem decime ville Frasne in Brabantia, quam legitime ab Albrico milite de Ath, qui in illa jus hereditarium olim habuerat, cujus etiam decime possessio ipsi Albrico per hominum meorum sententiam fuerat adjudicata et redempta a Theoderico de Anven, milite, qui eam diutius in vadimonio tenuerat, sancte recordationis pater meus Balduinus, comes Hainoensis et marchio Namurcensis

juste et pacifice possederat, et ego post mei patris decessum per aliquot annos ipsam decimam possederam, quia decimarum sana et legitima possessio ad ecclesias specialius pertinet, ecclesie beate Marie Camberonensi quam sincere dilectionis et devotionis karitate amplectebam, in elemosinam perpetuam contuli, promittens ipsi ecclesie super ipsa decima contra quoscumque homines tuitionem et garandiam et omnem defensionem. Ne autem ipsa ecclesia alicujus in posterum super hujus beneficii pia collatione calumpnie seu perturbationis patiatur detrimentum, scripti annotatione et sigilli mei appensione eam roborari et fidelium hominum meorum testimonio confirmari decrevi. Signum Egidii de Trasinies; S. Nicholai de Barbentione; S. Gisleberti, prepositi Montensis; S. Gonteri, cancellarii Valencenensis; S. Willelmi de Gomenies; S. Walteri de Kevrain; S. Bossardi de Borgela; S. Monii de Guenies; S. Roberti de Carnieris; S. Reineri de Montibus. Actum Bincii, in capella Sancti Servatii, anno Verbi incarnati M^o C^o XC^o nono.

VI.

Carta ejusdem de decima Johannis de Lumbisa.

(1198.)

Ego Balduinus, comes Flandrie et Hainoie; notum cupio fieri universis, tam presentibus quam futuris quod Johannes, miles de Lumbisa, de sua mera et libera voluntate cupiens lucrari beneficia que in ecclesia beate Marie de Camberone facta fuerint, solo divine dilectionis intuitu, duas garbas decime, quas habebat per totam parrochiam de Lumbisa, eo quod de meo sit feodo ad opus supradicte abbacie in manu mea penitus resignavit, et sibi abjudicans tercio, easdem sibi abjudicari fecit per meos homines qui hoc facere poterant et debebant, quas ego quoque prefate ecclesie de Camberone in puram elemosinam perpetuo tenendam assignavi. Quod ut majorem obtineat firmitatem, sigilli mei appositione et testium subscriptione presentium corroborare dignum duxi. Signum Nicholai abbatis Sancti Foillani; S. Philippi, comitis Namurcensis; S. Egidii de Trazinies; S. Gisleberti, prepositi Montensis; S. Hugonis de Crois; S. Willelmi de Gomenies; S. Mathei de Heire. Actum anno ab incarnatione Domini M^o C^o XC^o VIII^o, septimo idus novembris.

VII.

Carta P. Cameracensis episcopi de eisdem.

(Ath, .. janvier 1190-1200.)

Petrus, Dei pacientia Cameracensis episcopus, dilectis filiis, Balduino abbati totique conventui Camberonensii, salutem in Domino. Officii nostri necessitate constringimur ad tramitem rectitudinis distorta reducere, errata corrigere subditorum, et ne ea que studio nostro convaluerint recidivum patiantur in posterum exacta sollicitudine providere. Ea propter cum nobilis vir B., illustris Flandrie et Hainoie comes, terciam partem decime ville de Fraisne, et duas garbas decime in tota parrochia de Lombisa, quas Johannes, miles de Lombisa, ab eodem comite tenebat in feodum, et in manus ipsius libere resignavit, in manus etiam nostras libere resignaverit, predictam terciam partem decime de Fraisne, et duas partes de Lombisa, vobis et per vos successoribus vestris perpetuo deinceps canonice possidendas contradimus, et presentis scripti tam testium subscriptione quam sigilli nostri appensione muniti, patrocinio confirmamus. Signum ejusdem Balduini comitis; S. Radulfi, Viconiensis abbatis; S. Danielis, decani Sancti Quintini; S. Ferini decani de Chirvia; S. Rogeri capellani; S. Renerii de la Haie, militis. Actum publice apud Ath, anno gratie M^o C^o XC^o IX^o, pridie idus januarii.

VIII.

Carta B. comitis de decima F. de Camberon.

(Valenciennes, 1200.)

Ego B. Flandrensis et Hainoensis comes, tam futuris quam presentibus notum facio, quod cum Fastredus, miles de Camberone, quandam partem decime de Ath et de Brantegniis, quam de me in feodo tenebat, ex libera voluntate sua gratia conferendi in elemosinam ecclesie beate Marie de Camberone coram multis in manu mea testibus resignasset, ipsam sibi tercio penitus abjudicavit. Ego autem eandem decimam iudicio hominum

meorum per quos iudicium istud fuerat exequendum, jam dicto militi abjudicatam, predictae Camberonensi ecclesie in perpetuam elemosinam propria voluntate ac concessione donavi. Quapropter ut hec donatio tam pie ac juste celebrata stabilis et inconcussa in perpetuum perseveret, dignum duxi presenti pagine sigillum meum apponere et testium qui interfuerunt nomina subnotare. Signum Walteri de Avesnis; S. Egidii de Trazignies; S. Nicholai de Barbencon; S. Willelmi avunculi mei; S. Alardi de Cimaco; S. Nicholai de Ruminiano; S. Rassonis de Gavra; S. Walteri de Kievreng; S. Karoli de Fraisne; S. Reneri de Trit. Actum Valencenis anno Verbi incarnati M^o CC^o.

IX.

Carta P. Cameracensis episcopi, de eadem.

(Saint-Amand, 30 janvier 1199.)

Petrus, divina patientia Cameracensis episcopus, dilectis in Christo filiis Balduino, abbati et conventui de Camberon, salutem in Domino. Officii nostri ratio nos hortatur et ammonet, exacta diligentia saluti subditorum prospicere, et ad tramitem rectitudinis distorta pastoralis sollicitudine revocare. Ea propter cum dilectus filius Fastredus de Camberon partem decime quam vobiscum tenebat, et aliam partem decime de Ath et de Brantegniis quam cum illustri viro Balduino, comite Flandrie et Hainoie communem habebat, ab eodem comite in feodum, in salutis sue dispendium, diu tenuerat, et tandem nobis presentibus eandem in manu comitis, ipsamque predictus comes in manum nostram uterque salubri consilio ductus resignavit, nostris precibus inclinatus et favore religionis inductus, predictam decimam vobis, ac per vos ecclesie vestre canonice possidendam concedimus, et presentis scripti patrocinio confirmamus, testium qui interfuerunt nominibus annotatis. Signum Balduini, comitis Flandrie et Hainonie; S. Stephani Tornacensis episcopi; S. Walteri, abbatis Sancti-Gisleni; S. Mathei, abbatis de Cantimpre; S. Symonis, abbatis de Los; S. Danielis, decani Sancti-Quintini; S. Reineri de la Haie. Datum apud Sanctum-Amandum anno gratie M^o C^o XC^o nono, tercio kalendas februarii.

X.

Carta M. officialis de decima Walteri feodati.

(Février 1207-1208.)

Ego Michael, dictus Magister, canonicus et officialis Cameracensis, omnibus presentem paginam inspecturis salutem in Domino. Quoniam humane conditionis fragilitas ad oblivionis prompta est detrimentum, et rerum turbe non sufficit, expedit ea que a modernis pie gesta cognoscuntur, ne cum fuga temporis fugiant a memoria, scripti patrocinio perhennari et a modernorum presentia ad futurorum noticiam litterarum testimonio deportari. Noverint ergo presentes et posterius quod dum de mandato venerabilis patris et domini Johannis Dei gratia Cameracensis episcopi, agerem in episcopatu Cameracensi in potestatis plenitudine, vir nobilis Walterus de Lens, decimam, quam Walterus feodatus homo suus in parrochia de Lens, in dispendium anime sue possidebat, sub testimonio parium dicti W. feodati, liberam ab omni jure humano in manum meam benigne et liberaliter reportavit. Ego vero pretaxatam decimam ecclesie Camberonensi auctoritate Domini mei titulo elemosine concessi et contuli sine omni contradictione in perpetuum possidendam. Quod ut debitam obtineat firmitatem, presentem feci conscribi paginam sigilli sedis Cameracensis caractere roboratam. Actum anno Domini M^o CC^o VII^o, mense februario.

XI.

Concessio ecclesie Sonegiensis, de decima N. de Mignau.

(1207 environ.)

Viro venerabili magistro M. domini Cameracensis officiali, G. prepositus, G. decanus, totumque Sonegiensis ecclesie capitulum salutem et paratum obsequium. Vobis significamus quod domino abbati de Camberone concessimus libere et absolute, divine pietatis intuitu, ut decimationem quam Nicholaus in parrochia de Seaucines possidet adquirat et si possit acqui-

rere in pace possideat. Ut hec autem concessio rata sit et inconcussa presentem paginam sigilli nostri appensione roboravimus. S. Gosuini, prepositi; S. Gisleberti, decani; S. Johannis, scolastici; S. Johannis de Carnires; S. Nicholai de Suveri; S. magistri Theoderici; S. magistri Gabrielis.

XII.

Carta M. officialis de eadem.

(1207.)

Ego Michael, dictus Magister, domini Cameracensis clericus, notum facio universis tam presentibus quam futuris, quod Nicholaus de Mignau, in presentia nostra constitutus universam decimarum portionem quam habebat apud Scaucynes, abbati et conventui de Camberone in puram et perpetuam elemosinam donavit. Et ut ecclesiam in corporalem securius mitti faceret possessionem, dictas decimas, cum omni integritate qua eas tenuerat, in manu nostra resignavit. Nos autem dicte donationi auctoritate qua fungimur consensum adhibemus, et ipsarum portionem decimarum ecclesie Camberonensi quiete et pacifice in perpetuum possidere concedimus. Quod ut ratum et stabile perseveret, presens scriptum sigilli sedis Cameracensis appensione confirmavi. Actum anno Incarnationis Dominice M^o CC^o VII^o.

XIII.

Concessio ecclesie Sonégiensis, de decima W. de Scausines.

(1208 environ.)

Viro venerabili, magistro M. domini Cameracensis officiali, G. prepositus, G. decanus, totumque Sonégiensis ecclesie capitulum in Domino salutem et paratam ad omne obsequium voluntatem. Noverit discretio vestra quod ecclesia de Camberone decimationem, quam Johannes, frater Wichardi et homines ipsius Johannis in parrochia de Scausines, cujus ad nos pertinet personatus, possidebant, consensu capituli nostri a predicto Johanne et ab hominibus suis libere acquisivit.

XIV.

Carta M. officialis de eadem.

(1208.)

Ego Michael, dictus Magister, canonicus et officialis Cameracensis, omnibus presentem paginam inspecturis, salutem in Domino. Que geruntur testimonio bonorum hominum, ut in longa vivant posteris memoria, perhennari debent et voce testium et testimonio litterarum. Noverint ergo presentes et posteri, quod dum de mandato venerabilis patris et domini Johannis, Dei gratia Cameracensis episcopi, agerem in episcopatu Cameracensi in plenitudine potestatis, Johannes frater Wichardi de Scaucines decimam quam ipse et homines ipsius in parrochia de Scaucines in dispendium animarum suarum tenebant, liberam ab omni jure humano benigne et liberaliter in manum meam reportavit. Ego vero predictam decimam ecclesie Camberonensi auctoritate Domini mei titulo elemosine concessi et contuli, absque ulla contradictione in perpetuum possidendam. Quod ut debitam obtineat firmitatem, presentem feci conscribi paginam, sigilli sedis Cameracensis caractere roboratam. Actum anno Domini M^o ducentesimo octavo.

XV.

Carta O. de Arbra, de decima N. de Molenbeka.

(1207 environ.)

Ego Osto de Arbra, notum facio universis, quod Nicholaus de Molenbeka, duas garbas decime terre sue de Molenbeke, quam de me in feodo tenet, in manu mea ad opus ecclesie de Camberone reportavit, quas ego pro remedio anime mee et antecessorum meorum eidem ecclesie de Camberone in perpetuam elemosinam concessi ac donavi. Ut autem hec donatio inconvulsa et firma jugiter perseveret, hanc scripto tradi, et sigillo meo confirmari feci.

XVI.

Carta M. officialis de eadem.

(Février 1207-1208.)

Ego Michael, dictus Magister, canonicus et officialis Cameracensis, omnibus presentem paginam inspecturis, salutem in Domino. Quum humane conditionis fragilitas ad oblivionis prona est detrimentum, et rerum turbe non sufficit, expedit ea que a modernis pie gesta cognoscantur, ne cum fuga temporis fugiant a memoria, scripti patrocinio perhennari, et a modernorum presentia ad futurorum noticiam litterarum testimonio deportari. Noverint ergo presentes et posterius quod dum de mandato venerabilis patris domini Johannis, Dei gratia Cameracensis episcopi agerem in episcopatu Cameracensi in potestatis plenitudine, Nicholas de Molenbeche universam decimam que erat intra feodum quod tenet de domino Ostone de Arbra, liberam ab omni jure humano in manum meam benigne et liberaliter reportavit. Ego vero pretaxatam decimam ecclesie Camberonensi, auctoritate Domini mei, titulo elemosine concessi et contuli sine omni contradictione in perpetuum possidendam. Quod ut debitam obtineat firmitatem, presentem feci conscribi paginam sigilli sedis Cameracensis caractere roboratam. Actum anno Domini millesimo ducentesimo VII^o, mense februario.

XVII.

Concessio ecclesie Sancti-Dyonisii de decima de Udengien. (De ea LXX^o capitulo tangitur et de eadem in cartis de concordia ecclesiarum c^o III et XIII^o.)

(1207.)

Ego Marcellus, Dei permissione, dictus abbas Sancti-Dyonisii in Brokeria, et capitulum nostrum, notum facimus universis quod decimam quam Theodericus vir nobilis de Anvain, et sorores ejus in parrochiato nostro de Udengien habebant vel habere debebant, nos divine pietatis intuitui eccle-

sie beate Marie de Camberon, sub annuo censu XII denariorum infra octavas Nativitatis Domini, nobis solvendorum perpetuo jure tenendam concessimus ac donavimus. Ut autem hec donatio rata permaneat, sigillorum utriusque ecclesie appensione, et testium subscriptione presentem paginam corroborari decrevimus. Testes: Nicholaus prior, Petrus supprior, Alardus prepositus, Philippus et Henricus presbiteri; de Camberon: domnus Balduinus abbas, Lambertus prior, Stephanus supprior, Godinus cellerarius, Leo et Ulbaldus presbiteri. Actum anno Domini M^o CC^o VII^o.

XVIII.

Carta M. officialis de eadem.

(Février 1207-1208.)

Ego Michael, dictus Magister, canonicus et officialis Cameracensis, omnibus presentem paginam inspecturis, salutem in Domino. Quum humane conditionis fragilitas ad oblivionis prona est detrimentum, et rerum turbe non suffit, expedit ea que a modernis pie gesta cognoscuntur ne cum fuga temporis fugiant a memoria, scripti patrocinio perhennari, et a modernorum presentia ad futurorum noticiam litterarum testimonio deportari. Noverunt ergo presentes et posterius quod dum de mandato venerabilis patris et domini Johannis, Cameracensis episcopi, agerem in episcopatu Camera-censi in potestatis plenitudine, vir nobilis Theodericus de Anveng, omnem decimam, quam ipse et sorores sue in parrochia de Udengien habebant vel habere debebant, pari consensu liberam ab omni jure humano in manum meam benigne et liberaliter reportavit. Ego vero pretaxatam decimam ecclesie Camberonensi, auctoritate Domini mei, titulo elemosine concessi et contuli sine omni contradictione in perpetuum possidendam. Quod ut debitam obtineat firmitatem, presentem feci conscribi paginam sigilli sedis Cameracensis caractere roboratam. Actum anno Incarnationis Dominice M^o CC^o VII^o, mense februario.

XIX.

Carta Io. Cameracensis episcopi, de prescriptis decimis.

(Mai 1209.)

Ego Johannes, Dei gratia episcopus Cameracensis, tam presentibus quam futuris in perpetuum. Necessario quidem et utiliter est provisum ut res gestas fidelium memoria et contractus stilus exciperet, quatinus vivens quodammodo pagina memorie redderet, quod vel oblivio vel etas temporis aboleret. Ad universorum igitur noticiam dignum est pervenire, quod cum pro causis ecclesie nostre necessariis moram faceremus in partibus alienis, et vices nostras dilecto officiali nostro magistro Michaeli, canonico Cameracensi, commissemus plenarie exequendas, Nicholaus de Molenbeche universam decimam que erat intra feodum quod tenebat de Ostone milite de Arbre, liberam ab omni jure in manum ipsius officialis nostri benigne et liberaliter reportavit. Ipse vero illam decimam ecclesie Camberonensi, auctoritate nostra titulo elemosine concessit et contulit in perpetuo possidendam. Nicholaus etiam de Mignau per manum dicti officialis nostri universas decimas quas habebat apud Scaucines dicte ecclesie resignavit. Similiter Johannes frater Wichardi, militis de Scaucines, decimam quam ipse Johannes et homines ipsius minus juste tenebant in parrochia de Scaucines, liberam etiam ab omni jure in manus dicti officialis nostri liberaliter reportavit, quam idem officialis, auctoritate nostra, Camberonensi ecclesie benigne contulit et concessit. Item Walterus de Lens, vir nobilis, decimam quam Walterus, feodatus homo suus, in parrochia de Lens in dispendium anime sue possidebat, prefato officiali nostro sub testimonio parium dicti Walteri feodati prenominate ecclesie conferendam benigne et liberaliter resignavit. Preterea vir nobilis Theodericus miles de Anveng, omnem decimam quam ipse et sorores sue in parrochia de Udenghien habebant vel habere debebant, pari consensu in manum sepedicti officialis nostri intuitu Dei ob salutem anime sue ad opus ecclesie Camberonensis pie et misericorditer reportavit. Nos ergo predicta omnia sicut in scriptis officialis nostri consignatis sigillo sedis Cameracensis plenius continentur, rata habemus et firma esse volumus, que ne possent elabi a posterorum memoria, pre-

senti scripto mandari et scriptum ipsum sigilli nostri et testium ydoneorum subscriptione fecimus communiri. Signum magistri Gerardi archidiaconi Valencenensis; S. magistri Johannis de Roie, canonici Cameracensis; S. magistri Balduini et Herberti, capellanorum nostrorum; S. magistri Jacobi de Rosnais; S. Gossuini, decani de Montibus; S. Bricii, decani de Hal.

Actum anno ab incarnatione Domini M^o CC^o IX^o, mense maio.

XX.

Carta Jo. Cameracensis episcopi de decima de Molenbais.

(1202.)

Johannes, Dei gratia Cameracensis episcopus, universis presentem paginam inspecturis, salutem in omnium salutari. Quum humane conditionis fragilitas ad oblivionis prona est detrimentum, et rerum turbe non sufficit, expedit ea que a modernis pie gesta cognoscuntur, ne processu temporis oblivionis tenebris obscurentur, scripti patrocinio perhennari, et a modernorum presentia ad futurorum noticiam littere testimonio deportari. Hoc igitur attendentes ad universorum noticiam volumus devenire, quod Gosuinus miles de Ladeuse, divino ductus spiritu, partem decime quam jure hereditario possidebat minus licite in parrochia de Molembais, ob salutem anime sue et antecessorum suorum, in manus nostras libere et absolute reportavit. Nos vero eandem decimam ecclesie sancte Marie de Camberone titulo elemosine dedimus et concessimus perpetuo possidendam, et eidem ecclesie dictam decimam presentis scripti patrocinio duximus confirmari. In hujus autem facti sollempnis testimonium presentem paginam conscribi, et testium qui presentes affuerunt subscriptionibus fecimus annotari. S. Bartholomei, abbatis Sancti Auberti; S. Hugonis, abbatis sancti Sepulchri, Cameracensium; S. Nicholai, archidiaconi; S. Guidonis, cantor; S. Walcheri, scolastici; S. Godefridi de Oysi, canonici, Cameracensium.

Actum anno dominicæ incarnationis M^o CC^o II^o.

XXI.

Carta B. comitis de decimis de Dergnau et de Gage.

(1201.)

Balduinus Flandrensis et Hainoënsis comes, universis tam presentibus quam futuris in perpetuum. Cum ad succurrendum terre promissionis cruce domini signatus iter peregrinationis accipere proposuissem, Cambertonensi ecclesie contuli sub testimonio fidelium hominum meorum viro- rum nobilium in elemosinam perpetuam et legitima sanctione confirmavi quicquid juris et proprietatis ac possessionis habebam in decimis apud Dergnau et apud Gage, convertendum quidem in usus perpetuos ad consecrationem corporis et sanguinis domini nostri Jhesu-Christi. Ut autem hoc ratum habeatur et inviolatum observetur, scripti annotatione et sigilli mei munimine, cum testium subscriptione roborari decrevi. Testes dilecta conjunx mea, Maria, Flandrie et Hainoie comitissa, Egidius de Trasiniis, Sigerus frater ejus, Engelbertus de Aengien, Egidius de Brena, Alexander de Stenkirca, Petrus de Santis, Gislebertus prepositus Montensis. Actum anno Verbi incarnati M^o CC^o I^o.

XXII.

Carta Jo. Cameracensis episcopi de decima de Gage.

(1205.)

Ego Johannes, Dei gratia Cameracensis episcopus, universis tam presentibus quam futuris in perpetuum. Quum humane conditionis fragilitas ad oblivionis prona est detrimentum, expedit ea que a modernis pie gesta cognoscuntur, ne processu temporis oblivionis tenebris obscurentur, scripti patrocinio perhennari, et a modernorum presentia ad futurorum noticiam littere testimonio deportari. Haec igitur attendentes ad universorum noticiam volumus devenire, quod Hugo vir nobilis de Gage, divino ductus spiritu, partem decime quam possidebat minus juste in parrochia de Gage

ob salutem anime sue et antecessorum suorum in manus nostras libere et absolute reportavit. Nos vero eandem decimam ecclesie sancte Marie de Camberon titulo elemosine dedimus et concessimus perpetuo jure possidendam, et eidem ecclesie dictam decimam presentis scripti patrocinio duximus confirmare. In hujus autem facti sollempnis testimonium presentem paginam conscribi et testium qui presentes affuerunt subscriptionibus fecimus annotari. Signum Nicholai, Cameracensis archidiaconi; S. Herberti, capellani; S. Michaelis, canonici Sancti Gaugerici, Cameracensium; S. Amalrici, notarii; S. Walteri, viri nobilis de Avesnis; S. Walteri de Sotengem; S. Oliveri de Scendelbeke. Actum anno Verbi incarnati M^o CC^o tercio.

XXIII.

Carta Ar. de Audenarde de decima de Wodeca. (De eadem decima est in cartis de Wodeke, capitulo septimo.)

(30 juin 1210.)

Ego Arnulfus de Audenarde presentibus et futuris in perpetuum. Noverit universitas vestra quod Matheus de Linea, vir nobilis, in presentia mea constitutus, libera et spontanea voluntate, pro remedio anime sue, omnem decimam de Wodeca quam de me in feodo tenebat, per assensum meum et laudamentum meum ecclesie beate Marie de Camberon per manum domini Balduini abbatis in elemosinam donavit perpetuo jure possidendam. Ita plane quod eandem decimam semel, secundo, ac tercio sibi abjudicavit, eamque ab hominibus meis qui hoc facere poterant et debebant sibi abjudicari fecit, presente per omnia filio ipsius Mathei, Fulcone nomine, et huic donationi libere annuente. Nos autem concessimus ecclesie de Camberon dictam decimam sine omni onere et servicio perpetuo possidendam. Porro predicti Matheus et Fulco filius ejus eandem elemosinam perpetuo se ratam habituros fidei sacramento firmaverunt, nec super hac donatione ecclesie Camberonensi ullam aliquam injuriam vel dampnum inferent aut inferri patientur, sed in hac parte ubicunque indigerint, omni studio et labore Camberonensibus auxiliabuntur, pro quibus tamen propria expendere vel impedire minime tenebuntur. Sciendum etiam quod

si quecunque persona predicte ecclesie de Camberon super eadem decima injurias vel gravamen intulerit, quantum ad secularem justiciam spectat, guarandiam eisdem in omnibus portare debeo, nec in ea mihi vel successoribus meis quicquam juris in posterum retineo. Eo tamen salvo quòd si quelibet injurie super hac decima eis illate fuerint, nulli persone seculari debebunt conqueri, antequam mihi vel heredibus meis injuriam sibi factam ostenderunt et justiciam postulaverunt. Ut autem hec donatio tam pie ac legitime facta, firma et inviolata perpetuo perseveret, presentem paginam sigilli mei appensione hominumque meorum nobiliorum virorum, et aliorum qui affuerunt subscriptione corroborari decrevi. Hujus rei testes sunt, Everardus Radulfus, frater meus, Arnulfus de Irechonwels, Egidius de Wasnebeka, Theodericus de Anveng, Sygerus Brunus, Iwanus de Wandelaincort, Willelmus de Wodeka, Hugo de Akerna, homines mei. Item testes, Alardus et Theodericus de Strepi fratres, Gerardus de Manwaut, Gossuinus de Aigremont, Arnulfus de Pireweis, Wido de Atre, Willelmus de Akerna, Egidius de Screihase, Robertus de Marcha, Gerardus de Marcha, et Radulfus presbyter de Wodeka. Actum anno Domini M^o CC^o X^o, pridie kalendas julii.

XXIV.

Concessio ecclesie Sancti-Amandi de eadem (hec carta deest).

(1210 environ.)

Excellenti domino suo, Ph. comiti Namucensi, W. ecclesie Sancti-Amandi minister humilis et ejusdem loci conventus, salutem et paratam semper ad obsequiam voluntatem. Visa vestrarum continentia litterarum, quibus nobis intimastis quod decimam de Wodeke, ecclesie de Camberon conferre volueritis, in nullo vobis obsistere volentes petitioni vestre tam benignum quam devotum prebuimus assensum. Hoc autem idem diebus preteritis canonici Tornacenses a nobis prece multiplici petierunt, nec impetrare potuerunt. Et hoc quidem merito, cum nos eandem decimam a longis temporibus nobis proposuerimus acquirendam.

XXV.

Carta Jo. Cameracensis episcopi unde supra.

(Melin-l'Évêque, 24 août 1210.)

Johannes Dei gratia, Cameracensis episcopus, omnibus presentem paginam inspecturis, in vero salutari salutem. Cum sit fragilis humana conditio, et de facili a memoria hominum rei geste veritas elabatur, rationis tenor exigit, et consuetudo nichilominus approbata requirit, ut contractus hominum digni memoria per scripti seriem ad posterorum noticiam transmittantur. Ea propter universitati vestre notum duximus faciendum, quod nos decimam de Wodeke quam nobilis vir Matheus de Linea, miles, tenebat, ad liberam resignationem ipsius in manu nostra factam, monasterio de Camberone contulimus libere possidendam. Attendentes primo quod abbas et conventus Sancti-Amandi, in quorum percipiebatur parrochia, sicut in eorum litteris, quas super hoc ad Namucensem comitem destinabant perspeximus, ut eadem decima dicto monasterio conferretur, tam benignum quam devotum prebebant assensum; considerantes etiam quod nobilis vir Arnulfus de Audenarde, a quo illam decimam dictus miles tenebat in feodum, postquam idem miles eam sibi abjudicaverit tercio, et ab hominibus ejusdem Arnulfi secundum consuetudinem laicalem abjudicari sibi fecerat, presente per omnia ipsius militis filio, Fulcone nomine, et prebente consensum, eandem decimam, sicut nos ipsius Arnulfi litterarum tenor edocuit, monasterio prelibato concesserat, sine omni onere et servitio perpetuo possidendam. Ut autem pretaxata nostra concessio sive collatio firmior habeatur, presentem paginam in testimonium conscribi fecimus et eam subnotatis testibus ac sigilli nostri munimine roborari. Signum domni Sygeri, abbatis de Eiham; S. Balduini, abbatis de Camberon; S. magistri Sygeri, archidiaconi in Brabantio; S. magistri Gerardi, archidiaconi Valencenensis; S. magistri Johannis de Crois, canonici Cameracensis; S. Walteri, monachi de Camberon; S. Mathei, militis de Linea. Actum anno Verbi incarnati M^o CC^o X^o, in camera nostra apud Melin, in die festivitatis sancti Bartholomei apostoli.

XXVI.

Carta E. de Aengien de decima de Porpais.

(Vers 1200.)

Ego Englebertus dominus de Aengien notum facio universis presens scriptum inspecturis, quod Godefridus miles de Hodeberghes et uxor ejus, omnem decimam quam in territorio de Porpais habebant vel habere debebant, per laudamentum Gerardi et Nicholai de Strepi, filiarum uxoris dicti Godefridi maritorum, ecclesie Camberonensi pietatis intuitu contulerunt. Qui etiam nullam deinceps molestiam dicte ecclesie de eadem decima inferre fide interposita juraverunt. Preterea sciendum est quod infra xv^{im} dies post reditum abbatisse de Nivelles de qua in feodum dictam decimam tenebant, cujus copiam ad presens habere non potuerunt, assensum suum acquirere et per manum ipsius ecclesie Camberonensi, sicut justum fuerit, in puram et perpetuam elemosinam conferre tenentur. Et ne quis interim maliciose prefatam ecclesiam super hiis omnibus molestare presumeret, memoratus Godefridus et uxor sua, et Gerardus et Nicholaus de Strepi, mariti filiarum uxoris dicti Godefridi, me et heredem meum obsides dederunt, ut si quid juxta recordationem B. decani de Marche et J. de Carnieres, canonici Sonégiensis, defuerit, centum libras alborum ecclesie Camberonensi reddere debemus.

XXVII.

Carta ecclesie Nivigellensis de eadem.(1^{er} décembre 1200.)

Ego Berta, Dei gratia abbatissa Nivelliensis et quod mecum est capitulum, notum facimus universis tam presentibus quam futuris quod Godefridus, miles de Hodeberghes, et Beatrix, uxor ejus, et filie due ipsius Beatricis Joia et Oda, maritique eorum Gerardus de Nemore et Nicholaus de Strepi, milites, in presentia nostra constituti, decimas de Porbais tam majores quam

minutas, quas de nobis in feodo tenebant, coram hominibus nostris libere et absolute in manus nostras resignaverint, et quicquid in eis habebant vel jure successorio habere debebant, sibi penitus abjudicaverunt et ab hominibus nostris qui hoc facere tenebantur, sibi abjudicari fecerunt. Post hanc autem resignationem et abjudicationem tam legitime factam, predictas decimas tam majores quam minutas, ecclesie beate Marie de Camberon per manum Balduini abbatis perpetuo tenendas, sub censu annuo XII^{cim} denariorum Nivellensium infra octavas Purificationis beate Marie solvendorum, tradidimus ac donavimus. Ut autem hec donatio rata et inconvulsa in perpetuum perseveret, presenti pagine dignum duximus sigillum nostrum apponere et testium qui interfuerunt, nomina subnotare. Signum Sygeri, custodis, S. Everardi, canonicorum et hominum nostrorum. Item signum Philippi; S. Iwani; S. Johannis; S. Goselini, canonicorum. Item signum Milisendis preposite; S. Helvidis, decanisse. Item signum Walteri de . . . militis; S. Walteris Cache; S. Ade Bochel; S. Iberti, monetarii; S. Johannis Marin; S. Arnulfi de Monsterul, S. Hugonis de Grantbais, hominum nostrorum. Actum kalendis decenbris, anno Verbi incarnati M^o CC^o IX^o, indictione XII^a.

XXVIII.

Carta W. de Fontanis, de altari de Boigniis et ejus decimis.

(Alne, 15 avril 1211.)

Ego Walterus, dominus de Fontanis, notum facio universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris, quod postpositis hiis que ad laicalem munificentiam vel patronatum de jure pertinere non debeant, sana consideratione et benigna devotione contuli in elemosinam perpetuam ecclesie Camberonensi ecclesiam totam et patronatum altaris de Boigniis, cum omnibus decimis tam majoribus quam minoribus, dotalitiis quoque et omnibus bonis ad ipsam ecclesiam pertinentibus et cum omnibus decimis mansionum mearum infra terminos predictae ecclesie sitarum; tam segetum quam animalium. Cui quidem donationi assensum benignum prebuit Basilia, dilecta uxor mea; et ne prefata Camberonensis ecclesia super hac donatione aliquam in posterum patiatur calumpniam, vel vexationem

dampnosam, tam ego quam jam dicta uxor mea, fidei nostre interposita religione, et juramento corporaliter prestito, promissimus quod nullam unquam suscitare debeamus causam vel querelam, per quam Camberonensis ecclesia super hac elemosina dampnum incurrat vel detrimentum. Huic etiam elemosine collationi assensum benignum prebuit et laudamentum, Arnulfus dominus de Ham, a quo predicte ecclesie de Boignies et ejus appenditorum dominationem et patronatum in feodo tenebam. Ut autem hec elemosina rata et inconvulsa in perpetuum perseveret, presentem paginam tam sigilli mei appositione quam testium qui interfuerunt subscriptione corroborari decrevi. Testes: Walterus de Moreaumeis, Balduinus de Condato, Brassardus de Genlain, viri nobiles. Item testes: Arnulfus de Ham, de quo hanc ecclesiam in feodo tenebam, et homines ipsius; Walterus de Ham, Godefridus de Moreaumeis, Godescalcus de Nalines, Balduinus Delnoesse, Thomas de Moreaumeis, Rolinus de Ham. Item, Balduinus, abbas de Camberone; Ulbaldus monachus. Item, Alexander Tresericus, Johannes et Gerardus monachi de Alna. Actum apud Alnam feria sexta post *Quasimodo gen....*, anno Dominice incarnationis M^o CC^o XI.

XXIX.

Carta Ar. de Moreaumeis unde supra.

(Alnc, 1211.)

Ego Arnulfus de Moreaumeis notum facio universis tam presentibus quam futuris, quod Walterus vir nobilis de Fontanis, in presentia mea et hominum meorum constitutus, libera et spontanea voluntate pro remedio anime sue et antecessorum suorum, per meum assensum et laudamentum, contulit in elemosinam perpetuam ecclesie beate Marie de Camberon totam ecclesiam de Boignies, quam de me in feodo tenebat et patronatum ipsius altaris de Boignies, cum omnibus decimis tam majoribus quam minutis, dotalitiis quoque et omnibus bonis ad ipsam ecclesiam pertinentibus, et cum omnibus decimis mansionum suarum infra terminos predicte ecclesie sitarum, tam segetum quam animalium, per assensum nihilominus Basilie uxoris ejus, in cujus presentia eadem facta est do-

natio. Ut autem prefata ecclesia de Camberon super hac donatione tam pie ac legitime facta nullam in posterum patiatur calumpniam vel vexationem dampnosam, tam ipse Walterus quam jamdicta uxor ipsius fidei sue interposita religione et juramento corporaliter prestito promiserunt, quod nullam unquam suscitare deberent causam vel querelam, per quam Camberonensis ecclesia super hac elemosina dampnum incurrat vel detrimentum. Huic etiam elemosine collationi, ut dictum est, assensum prebui, et presentem paginam tam sigilli mei appensione, quam testium qui interfuerunt subscriptione corroborari decrevi. Testes, Godefridus de Moreaumeis, Godescalcus de Nalines, Balduinus de Nefic, Thomas de Moreaumeis, Balduinus de Condato, Brassardus de Genlain. Item testes, Alexander, quondam abbas de Alna, Johannes supprior, Tresericus, Johannes, Gerardus, Thomas, monachi de Alna. Item testes, Balduinus, abbas de Camberon, et Ulbaldus monachus. Actum apud Alnam anno Domini M^o CC^o undecimo.

XXX.

Carta H. Leodiensis episcopi de Boignies.

(1225.)

Hugo, Dei gratia Leodiensis episcopus, omnibus presentem paginam inspicientibus eternam in Domino salutem. Sciant universi quod nos jus patronatus ecclesie de Boignies pure et absolute contulimus ecclesie de Camberon in perpetuum possidendum, spem firmam habentes quod abbas et conventus ejusdem loci de sacerdote in ipsa ecclesia ordinando ad honorem Dei et cultum jam dicte ecclesie studebunt plenius providere. Actum anno Domini millesimo ducentesimo vicesimo tercio.

XXXI.

Carta Henrici Leodiensis episcopi de confirmatione de Boignies.

(Décembre 1265.)

Henricus, Dei gratia Leodiensis episcopus, universis presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Ad omnium volumus noticiam pervenire quod nos litteras bone memorie Walteri, quondam domini de Fontanis, non abollitas, non cancellatas nec in aliqua parte sui viciatas, vidimus in hec verba: « Ego W., dominus de Fontanis, et cetera. » Nos igitur dictam collationem et donationem tanquam rite factam per omnia approbamus eique nostrum favorabiliter adhibemus assensum pontificali eam auctoritate confirmantes. In testimonium etiam hujus nostre visionis, approbationis, assensus et confirmationis presentes litteras Camberonensi ecclesie tradidimus sigilli nostri appensione munitas. Hoc tamen provide decernentes ut de bonis ejusdem ecclesie presbitero qui ei pro tempore deserierit, ab abbate et conventu Camberonensi, provideatur perpetuo in beneficio competenti. Actum et datum anno Domini millesimo ducesimo sexagesimo quinto, mense decembri.

XXXII.

Carta W. de Ligne de decima sua.

(Ath., 29 août 1211.)

Ego Walterus, dominus de Ligne, notum facio universis tam presentibus quam futuris, quod decimam quam apud Ligne, de domino et avunculo meo Waltero de Fontanis in feodo tenebam et aliquamdiu tenueram, que mihi a predecessoribus meis pervenerat, divina inspiratione eandem decimam, per assensum jam dicti domini mei Walteri de Fontanis, ecclesie beate Marie de Camberon in puram elemosinam perpetuo jure tenendam donavi, ea maxime intentione quod pro remedio anime mee et predecessorum meorum, conventui de Camberon duobus monachis augetur, qui

loco duorum capellanorum jugiter pro nobis exorarent. Tradidi quoque ecclesie Camberonensi infra villam meam de Ligne, ubicumque eligere voluerint, mansuram quartam partem bonerii continentem, ab omni debito et exactione liberam. Hanc igitur donationem, tam pie ac legitime factam, prestito corporali juramento et fide mea interposita firmiter in perpetuum observare decrevi, et guarandiam eidem ecclesie pro posse meo ferre contra omnes homines qui predictae ecclesie aliquam calumpniam aut vexationem dampnosam intulerint, et ad hoc confirmandum, presenti carte sigillum meum apposui, et testium nomina subnotari feci. Testes: Walterus de Fontanis, dominus et avunculus meus, et homines ipsius pares mei, Egidius de Wanesbecha, Wido de Hosdein, Jacobus de Torp et Balduinus parens. Item testes, Fastredus de Ligne, frater meus. Theodericus de Irechonwels, Gerardus de veteri Condato. Item Hugo abbas de Liciis, Marcellus abbas Sancti-Dyonisii de Brocheroie, Balduinus abbas de Camberon, Arnulfus prior, Godinus et Ulbaldus, monachi de Camberon. Actum apud Ath, anno Verbi incarnati M^o CC^o XI^o quarto kalendas septembris.

XXXIII.

Carta W. de Fontanis de eadem.

(Ath, 29 août 1211.)

Ego Walterus dominus de Fontanis, notum facio universis tam presentibus quam futuris, quod Walterus de Ligne, vir nobilis, et consanguineus meus, in presentia mea et meorum hominum constitutus, de libera et spontanea voluntate sua, decimam quam de me apud Ligne in feodo tenebat, per assensum meum et laudamentum ecclesie beate Marie de Camberon in puram elemosinam perpetuo jure tenendam donavit, ea maxime intentione, quod pro remedio anime sue, ac mee, et omnium antecessorum nostrorum, conventus Camberonensis ecclesie duobus monachis augeatur qui loco duorum capellanorum pro animabus nostris jugiter exorabunt. Tradidit quoque jam dictus Walterus de Ligne memorate ecclesie de Camberon mansuram quartam partem bonerii continentem, ubicumque infra parochiam de Ligne voluerint eligendam, ab omni pensione debiti

et aliqua exactione liberam. Ut autem hec donatio, tam pie ac legitime facta, firma et inconvulsa in perpetuum perseveret, totam actionem presenti carte feci inscribi, et eam tam sigilli mei appensione quam testium subnotatione confirmavi. Testes : Egidius de Wanesbecha, Wido de Hosdein, Jacobus de Torp, Balduinus Parens, homines mei. Item testes : Hugo abbas de Liciis, Marcellus, abbas Sancti-Dyonisii de Brocheroie, Balduinus abbas de Camberon, Arnulfus prior, Godinus, Ulbaldus, monachi de Camberon, Gerardus de Brantegniis, Nicholaus de Ath, presbiteri. Testes quoque viri nobiles, Fastredus de Ligne, Theodericus de Irechonweis, Gerardus de veteri Condato, et Andreas de Condato. Actum apud Ath, anno ab Incarnatione Domini millesimo ducentesimo undecimo, quarto kalendas septembris.

XXXIV.

Carta ecclesie Liciensis unde supra.

(Ath, 29 août 1211.)

Ego Hugo, Dei gratia abbas Liciensis, et capitulum nostrum notum facimus universis tam presentibus quam futuris, quod Walterus de Ligne, vir nobilis, coram nobis et quamplurimis fidelibus constitutus, totam decimam quam in parrochia nostri personatus de Ligne contra salutem anime sue aliquamdiu tenuerat, et que ei jure hereditario quantum ad secularem jurisdictionem spectat provenerat, tandem salubri usus consilio, in manus viri nobilis Walteri de Fontanis de quo hanc in feodo tenebat, libera et spontanea voluntate reportavit, quam idem Walterus de Fontanis in manus nostras ibidem resignans, tam ipse quam predictus Walterus de Ligne quicquid juris in ea habebant vel habere debebant sibi penitus abdicaverunt, nichilque proprietatis aut domini sibi in ea retinuerunt. Nos igitur ad preces jam dictorum nobiliorum virorum, de communi consensu capituli nostri, predictam decimam de Ligne ecclesie beate Marie de Camberon sub censu annuo duorum solidorum infra octavas sancti Remigii apud Ath nobis solvendorum perpetuo jure possidendam tradidimus ac donavimus. Ut autem hec donatio, tam pie ac devote

celebrata, rata et inconvulsa in perpetuum perseveret, presentem paginam sigillo nostro et capituli nostri confirmari decrevimus, et tam cyrographi interpositione quam testium subscriptione, eam fecimus communiri. Signum Gozuini prioris; S. Willelmi prioris; S. Thome sacriste; S. Nicholai de Femi; S. Hugonis de Tuin; S. Nicholai de Hestrut et tocius capituli; S. Nicholai de Ath; S. Gerardi de Brantegnies, sacerdotum. Testes quorum qui apud Ath presentes fuerunt: Marcellus, abbas Sancti-Dyonisii in Brocherôie; Arnulfus, prior de Camberon; Ulbaldus, Godinus, monachi. Item testes, Fastredus de Ligne, Theodericus de Irechonweis, Gerardus de veteri Condato, Egidius de Wanesbeka, Wido de Hosdein, Jacobus de Torp, Balduinus parens. Actum apud Ath, anno dominice Incarnationis M^o CC^o XI^o, quarta kalendas septembris.

XXXV.

Carta Jo. Cameracensis episcopi de eodem.

(Sirault, 1212.)

J. Dei gratia Cameracensis episcopus, omnibus Christi fidelibus in perpetuum. Notum facimus universis tam presentibus quam futuris, quod Walterus, vir nobilis dominus de Ligne, in presentia nostra constitutus, decimam quam in villa sua de Ligne in dispendium anime sue tenebat vel tenere debebat, salubri ductus consilio eandem decimam ad opus ecclesie beate Marie de Camberon in manus nostras resignavit, quam nos divine pietatis intuitu predictae ecclesie de Camberon in elemosinam perpetuo jure tradidimus ac donavimus. Ut autem predicta ecclesia Camberonensis nullam in posterum super hac donatione tam pie facta calumpniam aut vexationem sustineat, totam actionem presenti pagine ascribi fecimus et eam, tam sigilli nostri appensione quam testium subscriptione, corroborari decrevimus. Signum Nicholai, archidiaconi in Haynoia; S. magistri Johannis de Crois; S. Amalrici, canonicorum Cameracensium. Item signum N. abbatis de Marchenes; S. Reineri abbatis Sancti-Johannis de Valencenis; S. Walteri de Fontanis, S. Nicholai de Condato, militum, et

S. Balduini senescalci. Actum apud Sirau in grangia Sancti Amandi, anno ab Incarnatione Domini M^o CC^o duodecimo, et confirmatum, sicut in scripto abbatis et ecclesie Liciensis, in cujus personatu haec decima sita est, continetur.

XXXVI.

Carta E. de Engien de decimis de Wisenbeke et Gondregien.

(1207.)

Ego Englebertus, dominus de Aengien, notum facio universis tam presentibus quam futuris quod Hubertus, prepositus de Melin, me presente omnes decimarum portiones, quas de me tenebat in feodum apud Wisenbeche et Condregien, scilicet duas garbas ecclesie beate Marie de Camberon, in puram et perpetuam elemosinam per laudamentum meum donavit. Sciendum etiam quod hanc donationem per omnia garantizare et defensare teneor. In hujus rei memoriam presentem paginam conscribi et sigilli mei appensione et testium qui interfuerunt subnotatione feci roborari. Signum Walteri de Hal; S. Walteri de Longe Roie; S. Gerardi de la Hee; S. Nicholai de Rossebruec. Actum anno Incarnationis dominice M^o CC^o VII^o.

XXXVII.

Carta J. officialis de decima de Florgies.

(1211.)

Omnibus Christi fidelibus ad quos presentes littere pervenerint, magister J. de Tornaco, domini Cameracensis clericus et officialis, in Domino salutem. Vestra noverit universitas quod cum ego Franconem de Eslouge, militem, primo secundo et tercio, cum omni diligentia monuissem ut illam partem decime de Florgies, quam in periculum anime sue detinebat, ad opus illius ecclesie cui competebat de jure parrochiali resignaret, asserens firmiter quod illi ecclesie cui hactenus injuriosus extiterat, aliter minime satisfaceret, nullatenus admonitionem meam admittere voluit nec aliquam resignationem facere, nisi monasterio de Camberone conferretur, tandem

ipsam decimam in manu mea simpliciter reportavit. Ego autem nomine domini mei, prout potui, tamen sine alterius ecclesie prejudicio, ecclesie de Camberone ipsam possidendam concessi. In hujus autem rei testimonium et confirmationem presentem paginam sigillo sedis Cameracensis communivi. Actum anno Verbi incarnati M^o CC^o XI^o.

XXXVIII.

Carta ejusdem de decima de Sordenges.

(1211.)

Omnibus Christi fidelibus ad quos presentes littere iste pervenerint, magister J. de Tornaco, domini Cameracensis clericus et officialis, in Domino salutem. Universitas vestra noverit quod cum ego Balduinum de Lonsains laicum, primo, secundo et tercio, cum omni diligentia monuissem ut illam partem decime de Sordenghes quam in periculum anime sue detinebat, ad opus illius ecclesie cui competebat de jure parrochiali resignaret, asserens firmiter quod illi ecclesie cui hactenus injuriosus extiterat, aliter minime satisfaceret, nullatenus admonitionem meam admittere voluit nec aliquam resignationem facere, nisi monasterio de Camberone conferretur, tandem ipsam decimam in manu mea simpliciter reportavit. Ego autem nomine domini mei, prout potui, tamen sine ulterius ecclesie prejudicio, ecclesie de Camberone ipsam possidendam concessi. In hujus autem rei testimonium et confirmationem presentem paginam sigillo sedis Cameracensis communivi. Actum anno Verbi incarnati M^o CC^o undecimo.

XXXIX.

Carta ejusdem de decima de Tongre.

(1211.)

Omnibus Christi fidelibus ad quos presentes littere pervenerint, magister J. de Tornaco, domini Cameracensis clericus et officialis, in Domino salutem. Vestra noverit universitas quod cum ego Nicholaum de Tongre

militem, primo, secundo et tercio, cum omni diligentia monuissem ut illam partem decime de villa que dicitur Tongre Sancte-Marie, quam in periculum anime sua detinebat, ad opus illius ecclesie cui competebat de jure parrochiali resignaret, asserens firmiter quod illi ecclesie, cui hactenus injuriosus extiterat, aliter minime satisfaceret, nullatenus admonitionem meam admittere voluit nec aliquam resignationem facere, nisi monasterio de Camberone conferretur, tandem ipsam decimam in manu mea simpliciter reportavit. Ego autem nomine domini mei, prout potui, tamen sine alterius ecclesie prejudicio, ecclesie de Camberone ipsam possidendam concessi. In hujus autem rei testimonium et confirmationem presentem paginam sigillo sedis Cameracensis communivi. Actum anno Verbi incarnati M^o CC^o undecimo.

XL.

Carta ejusdem de decima de Sierfontaines (occupatur decima ab abbatissa Malbodiensi).

(Cambrai, 14 avril 1211.)

Omnibus Christi fidelibus ad quos presentes littere pervenerint, magister J. de Tornaco, domini Cameracensis clericus et officialis, in Domino salutem. Vestra noverit universitas quod cum ego Gossuinum de Cruce laicum, primo, secundo, et tertio cum omni diligentia monuissem ut illam partem decime de Sierfontaines, quam in periculum anime sue detinebat, ad opus illius ecclesie cui competebat de jure parrochiali resignaret, asserens firmiter quod illi ecclesie cui hactenus injuriosus extiterat, aliter minime satisfaceret, nullatenus admonitionem meam admittere voluit nec aliquam resignationem facere, nisi monasterio de Camberone conferretur, tandem ipsam in manu mea simpliciter reportavit, fide et juramento confirmans quod exinde ab ecclesia de Camberon, nullam pecuniam receperat, nec se postmodum sperabat recepturum. Ego autem nomine domini mei, prout potui, tamen sine alterius ecclesie prejudicio, ecclesie de Camberon ipsam possidendam concessi. In hujus autem rei testimonium et confirmationem, presentem paginam sigillo sedis Cameracensis communivi. Actum dominice Incarnationis M^o CC^o XI^o. Datum Cameraci, xviii^a kalendas maii, feria quinta.

XLI.

Carta G. de Grinberges de decimis Th. de Ostic et B. de Molendino.

(Ninove, 5 décembre 1212.)

Ego Gerardus, dominus de Grimberges, notum facio universis tam presentibus quam futuris quod Thomas de Ostils et Balduinus de Molendino, milites, et filii ejus Gerardus, Julianus et Johannes, in presentia mea constituti, de libera et spontanea voluntate sua, omnes decimas XLVIII bonariorum terrarum, quas de me in feodum tenent, ad opus ecclesie beate Marie de Camberone in manus meas reportaverunt, et per judicium hominum meorum semel et iterum atque tercio sibi eam abjudicaverunt, et ab hominibus meis qui hoc facere poterant et debebant sibi abjudicari fecerunt, quas ego mox predictae ecclesie de Camberon in elemosinam perpetuo jure tenendas tradidi ac donavi. Sciendum autem quod predicti Thomas, Balduinus et filii ejus, jurejurando ac fide interposita, donationem hanc sese observaturos promiserunt, nec super hac calumpniam aut vexationem dampnosam per se vel alios inferent aut inferri patientur: quod si fecerint, ad omne feodum quod de me tenent manum mittam, totamque donationem per omnia garantizare et defensare contra omnes homines teneor, nec tamen supradicta ecclesia de Camberon super injuriis aut dampnis in hiis decimis sibi illatis, alicui justicie seculari conqueri poterunt, antequam a me vel successoribus meis justiciam postulerint. Ut autem hec donatio rata et inconvulsa in perpetuum perseveret, presentem paginam sigilli mei appensione, et testium qui interfuerunt subscriptione corroborari decrevi. Hujus rei testes sunt, Willelmus frater meus, Oliverus de Scendelbecha, Gosuinus frater ejus, Balduinus de Hallut, Walterus de Ochingin, Arnulfus de Hallut, Gerinus de Eggem, Gerardus Maior, et Remaclus, canonicus de Ninove. Item de Camberone testes, Godinus et Ulbaldu monachi. Actum apud Ninive, anno ab incarnatione Domini M^o CC^o XII^o, in vigilia Sancti Nicholai episcopi et confessoris.

XLII.

Carta de donatione decime de Hoves.

(Valencienne, 25 mai 1214.)

Nos Gerardus de Gauche, Alardus dominus de Chimaco, Eustachius dominus de Rodio, Nicholaus de Condato, Arnulfus de Landast, Gosuinus de Gauche, Walterus de Fontanis, Osto de Arbra et Gerardus de Villa, notum facimus universis tam presentibus quam futuris, quod Theodericus de Hoves, miles, in presentia nostra constitutus, de libera et spontanea voluntate sua totam decimam quam in parrochia de Hoves, de domino nostro Fernando, comite Flandrie et Haynoie, in feodo tenebat, in manus ipsius comitis ad opus ecclesie beate Marie de Camberon reportavit et ipsam decimam sibi primo, secundo, ac tercio abjudicavit, quam mox idem comes predictae ecclesie de Camberon, per manus Balduini abbatis Camberonensis, sub testimonio nostro qui homines hujus sumus, in elemosinam perpetuo jure tenendam donavit. Ut autem hec donatio rata et firma in perpetuum perseveret, presentem paginam conscribi fecimus et eam sigillorum nostrorum appensione corroboravimus. Actum Valencenis anno Domini M^o CC^o XIII^o, mense maio, feria quinta Pentecostes, in domo comitis, in superiori capella.

XLIII.

Concessio ecclesie Sancti-Dyonisii.

(Chièvres, 1211.)

Ego Marcellus, Dei providentia dictus abbas Sancti-Dyonisii in Brocheria, notum facio universis presentes litteras inspecturis, quod communi assensu capituli nostri, abbati et conventui de Camberone concessimus libere et absolute, ut decimationem quam Theodericus miles in parrochia de Hoves possidet, adquirant et adquisitam jure perpetuo pacifice possideant. Ut autem hec concessio rata sit et inconcussa, presens

scriptum sigilli nostri appensione et testium subnotatione roboravimus : S. Henrici ; S. Gossuini, monachorum Sancti Dyonisii ; S. Godini ; S. Acharii ; S. Walteri ; S. Evereni cellerarii, monachorum de Camberone ; S. Gerardi de Ville, S. Johannis de Marche, militum ; S. Nicholai de Petra ; S. Gossuini Cochiel ; S. Walteri de Fossa ; Bugenus de Cyrvia, et aliorum quam plurimorum qui interfuerunt. Actum anno Verbi incarnati M^o CC^o undecimo, apud Cyrviam.

XLIV.

Carta Jo. Cameracensis episcopi unde supra (de eadem lxxxiii^o et xxxv^o et xxxvi^o in cartis de Hauruth reperies).

(Melin-l'Évêque, 18 septembre 1214.)

Jo. Dei gratia Cameracensis episcopus, tam presentibus quam futuris in perpetuum. Notum facimus universis, tam presentibus quam futuris, quod Theodericus, miles de Hoves, in nostra presentia constitutus, de libera et spontanea voluntate sua, partem decime quam infra parrochiam de Hoves possidebat, ad opus ecclesie beate Marie de Camberon nobis resignavit, et eam nobis libere resignatam jam dicte ecclesie de Camberon contulimus perpetuo possidendam. Ut autem hec donatio rata et firma in perpetuum perseveret, presentem paginam sigilli nostri appensione et testium subscriptione corroborari decrevimus. Hujus rei testes sunt, Robertus canonicus Sancte-Marie Cameracensis, tunc tempore officialis, Willelmus de Velaine, Renerus de Bafia, Gislebertus de Atra, Hugo de Melin, presbyteri ; Gerulfus clericus de Atre, Andreas clericus de Wanesbecha. Item testes, Godinus et Ulbaldus, monachi de Camberon. Actum apud Melin, anno ab Incarnatione Domini M^o CC^o XIII^o xiv^o kalendas octobris.

XLV.

Carta ejusdem de decima de Papengien.

(Cambron, 25 mars 1215.)

Io. Dei gratia episcopus Cameracensis, tam presentibus quam futuris in perpetuum. Notum facimus universis tam presentibus quam futuris, quod Hugo laycus partem decime quam apud Papingin de viro nobili Egidio de Braina tenebat, per assensum domini sui predicti Egidii, in manus nostras resignavit, conferendam ecclesie beate Marie de Camberon, consentiente ecclesia Nivelliensi in cujus personatu hec decima sita est, et eam nobis resignatam libere predictae ecclesie de Camberon, contulimus perpetuo possidendam. Ut autem hec donatio rata et inconversa in perpetuum perseveret, dignum duximus presentem paginam sigilli nostri auctoritate et testium subscriptione corroborari. Signum magistri Jacobi de Rothnais; S. Magistri Jacobi de Bethunia, canonicorum Cameracensium; S. Domini B. abbatis de Camberon; S. Ostonis de Arbra, et S. Widonis de Atra, militum. Actum apud Camberon, anno Domini M^o CC^o XIII^o, decimo kalendas aprilis.

Carta ejusdem de decima de Naste (hec deest).

(Mons, 16 janvier 1214-1215.)

Johannes Dei gratia Cameracensis episcopus, universis tam presentibus quam futuris in perpetuum, salutem in Domino. Notum facimus vobis quod Nicholas de Naste in presentia nostra constitutus decimam quam apud Naste in dispendium anime sue tenebat, pro remedio anime sue et antecessorum suorum, in manus nostras libere reportavit, et eam per assensum ecclesie Sancti-Dyonisii in Brocheroie, in cujus personatu hec decima sita est, ecclesie beate Marie de Camberon, donavimus perpetuo possidendam. Ut autem hec donatio rata et firma in perpetuum perseveret, presentem

paginam conscribi fecimus et eam sigilli nostri appensione confirmavimus. Actum Montibus in domo comitis, anno ab Incarnatione Domini M^o CC^o quarto decimo, vii^o kalendas februarii.

On lit en marge : Hanc decimam de Naste cessit ecclesia Cameracensis ecclesie S. Dionisii (art. 5 *Concordiarum*).

Carta ejusdem de decimis de Lens.

(Cambron, 29 janvier 1214.)

Johannes Dei gratia episcopus, universis Christi fidelibus in perpetuum, salutem in Domino. Notum facimus universis tam presentibus quam futuris, quod donationem omnium decimarum suarum quam Walterus vir nobilis dominus de Lens, ecclesie beate Marie de Camberon in puram elemosinam fecit, et quam vir venerabilis dominus Robertus, servus crucis Christi titulo sancti Stephani in Celio monte, presbiter cardinalis et apostolice sedis legatus confirmavit, ratam in perpetuum et gratam habemus. Actum apud Camberon, anno ab Incarnatione Domini M^o CC^o XIII^o, quarto kalendas februarii.

XLVI.

Consensus Liciensis ecclesie de decima de Wanebeka.

(Liessies, 18 septembre 1213.)

H. Dei permissione abbas de Lescies, et capitulum ejusdem ecclesie, omnibus Christi fidelibus in perpetuum, salutem in Domino. Notum facimus universis tam presentibus quam futuris quod duas partes decime ville de Wanebeka, parrochie nostri personatus, quas ecclesia beate Marie de Camberon acquisivit, de communi consensu capituli nostri divine pietatis intuitu eidem ecclesie tenere in perpetuum concedimus, sub censu dumtaxat annuo duorum solidorum infra octavas sancti Johannis Baptiste apud Ath nobis solvendorum. Ut autem hoc quod a nobis tam pie ac legitime gestum est inviolabiliter in perpetuum observetur, dignum duxi-

mus presenti pagine sigilla, nostrum videlicet et ecclesie nostre, apponere, et testium nomina subnotare. Testes : Willelmus prior, Legardus supprior, Petrus prepositus, Thomas sacrista; Hugo, Walterus, Hugo, Petrus, presbiteri; Gislenuus, Robertus, diaconi; Egidius, Eligius, Adam et Egidius, subdiaconi. Actum apud Lescies anno ab Incarnatione Domini M^o CC^o quinto decimo, crastino post festum sancti Lamberti.

XLVII.

Carta E. de Aengien de decima de Papengien.

(4 août 1213.)

Ego Englebertus de Aengien notum facio universis presentibus et futuris quod Adam, de libera et spontanea voluntate sua, partem decime quam apud Papengien tenebat, pro remedio anime sue, per manum Anselmi domini sui, dedit ecclesie beate Marie de Camberon in elemosinam perpetuo jure possidendam. Verum quia predictus Adam unicum filium infra etatem constitutum habere dinoscitur, totam terram quam idem Adam apud Papengien possidet in manum meam posuit, ita quod de ea potestativus non erit, donec ipsum puerum cum ad legitimam etatem pervenerit, ad concessionem predicte donationis adducet, verum etiam fidejussores posuit, videlicet, Balduinum majorem de Papengien, Johannem filium ejus, Walterum Loche, et Reinerum porcarium. Item notum facio universis presentibus et futuris quod Walterus Loche, de libera et spontanea voluntate sua, partem decime quam apud Papengien tenebat, pro remedio anime sue, per manum Renekini de Hal domini sui, dedit ecclesie beate Marie de Camberon in elemosinam perpetuo jure possidendam. Quia vero utrumque feodum de me tanquam de superiori domino descendebat, donationem utriusque elemosine ratam et inviolatam in perpetuum fore concedo, et super hiis predicte ecclesie de Camberon tuitionem et warandiam per omnia feram, et idcirco presentem paginam conscribi feci, et eam sigilli mei appensione confirmavi. Testes: Sigerus filius meus, Petrus de Saintes, Sigerus de Wisenbeka, Oliverus de Papen-

gien, homines mei; Renekinus de Hal. Item Balduinus, major de Papengien, Johannes filius ejus, Walterus Loche. Item testes, Servatius et Godinus, monachi de Camberon. Actum anno Domini M^o CC^o XV^o, pridie nonas augusti.

XLVIII.

Carta ejusdem de eadem.

(1213.)

Ego Englebertus dominus de Aengien, notum facio universis tam presentibus quam futuris quod Gerardus de Buldesbrug, partem decime quam apud Papengien tenebat in feodo de Anselmo de Monte, de libera et spontanea voluntate sua, per manum ejusdem Anselmi domini sui et meam, ecclesie beate Marie de Camberon in elemosinam contulit perpetuo possidendam. Quia vero eadem decima de me tanquam de superiore domino descendebat, hanc donationem ratam in perpetuo fore concedo, et eam tam sigilli mei appensione quam testium subnotatione confirmo. Hujus rei testes sunt homines mei, Monius de Beverne, Petrus de Saintes, Sigerus de Wisenbeka, Walterus de Longe Roe, Oliverus de Papengien, Soykinus, Adam et Galterus, fratres predicti Gerardi. Actum anno Domini M^o CC^o quinto decimo.

XLIX.

Concessio ecclesie Nivellensis de eadem.

(21 mars 1213.)

Helvidis Dei gratia abbatissa Nivellensis, W. prepositus et J. decanus totumque ejusdem ecclesie capitulum, omnibus ad quos littere iste pervenerint in perpetuum, salutem in Domino. Notum facimus vobis quod ecclesie beate Marie de Camberon ob favorem religionis et dilectionis eorum, concessimus duas partes decime quas de laicali manu acquisierant in parrochia de Papengien, que ad personatum nostrum pertinet, tenere in

perpetuum sub censu annuo duorum solidorum Nivellesium infra octavas Purificationis beate Marie nobis solvendorum, salvo tamen jure personatus nostri. Ut autem hec concessio que de communi consensu totius capituli nostri facta est rata perpetuo perseveret, dignum duximus presentem paginam sigilli nostri appensione et testium subscriptione roborari. Testes, Ermengardis preposita, Gilla decanissa, Mainsendis, Beatrix, Agnes, Adelhedis, canonicæ. Item, Everardus, Adamus, Henricus de Braina, Nicholaus de Stainkirche, Walterus, Severinus, Gerelinus, Gerardus, et Egidius de Brussella, canonici. Actum anno ab Incarnatione Domini M^o CC^o XV^o, in die sancti Benedicti abbatis.

L.

Carta decani de Hal unde supra.

(1216.)

Ego W. decanus de Hal, notum facio universis quod Adam, laicus et Gerardus, frater ejus de Boltersbruge, in presentia nostra constituti partem decime quam tenebant apud Papingien, pro remedio anime sue in puram elemosinam ecclesie beate Marie de Camberone commiserunt per manum Colini de Hal, domini sui et nostram. Ut autem hoc ratum et inviolatum permaneat, sigilli nostri appensione dignum duximus corroborari. Testes autem hujus rei sunt Henricus monachus de Sancto Dionisio, Servatius monachus de Camberone, Robertus presbiter de Haucrois, Walterus presbiter de Marke, Johannes presbiter de Angien, G. presbiter de Hoves. Milites: Sigerus de Wisenbeke, Terricus de Hoves, Hillechoi de Larbeke, Amoricus de Strees, G. de Boltersbruge. Actum anno dominice incarnationis M^o CC^o sexto decimo.

Carta Jo. comitisse de decima de Anthnieres (hec deest).

(Ath, 10 mai 1216.)

Ego Johanna comitissa Flandrie et Hainoie. Notum facio universis tam presentibus quam futuris quod Theodericus de Hamaida, vir nobilis, in mea presentia constitutus, de libera et spontanea voluntate sua pro remedio anime sue et antecessorum suorum decimam de Anthnieres quam de me in feodo tenebat, ad opus ecclesie beate Marie de Camberon in manus meas reportavit, quam ego mox ad preces prudentium virorum ejusdem ecclesie in puram et perpetuam elemosinam tradidi et donavi. Ut autem hec donatio tam pie et juste facta, rata perpetuo perseveret, presentem paginam conscribi feci, eamque tam sigilli mei appensione quam testium subnotatione confirmavi. Testes: Gerardus de Gauche, Osto de Trasinies, pares de Haynoia. Item, viri nobiles et homines mei; Jolendis matertera mea, comitissa Namucensis, Arnulfus de Audenarde, Egidius de Braina, Egidius de Wanesbecka et Nicholaus de Mainwant. Actum apud Ath, anno Domini M^o CC^o XVI^o, mense maio, die beatorum Gordiani et Epimachi.

Carta Sonegiensis ecclesie de decima de Naste (cum cartis inutilibus).

(51 décembre 1214.)

G., decanus Senogiensis et capitulum nostrum, notum facimus universis presentibus et futuris, quod Nicholaus de Naste, in presentia Ostonis junioris de Trasenies, domini sui, constitutus, de libera et spontanea voluntate sua, decimam de Naste, quam de ipso in feodo tenebat, pro remedio anime sue et antecessorum suorum in manus ejusdem Ostonis ad opus ecclesie beate Marie de Camberon reportavit, quam mox idem Osto predictae ecclesie Camberonensi in elemosinam donavit, perpetuo jure possidendam, nichil sibi aut successoribus suis juris vel domini in ea reservans. Sciendum etiam quod Nicholaus de Naste, canonicus noster, patruus predicti Nicholai de Naste, presentibus nobis confessus est se dedisse in elemosinam perpetuam ecclesie memorate de Camberon quicquid

juris habebat in jamdicta ecclesia de Naste, et fide sua interposita prestitoque corporaliter juramento firmavit, quod nunquam deinceps supra eadem decima ecclesiam Camberonensem vexabit aut ei calumpniam dampnosam inferet vel inferri patietur. Quia vero dilecte nobis ac venerabilis Camberonensis ecclesie paci et indemnitati in quantum possumus providere debemus, utramque actionem presenti carte inscribi fecimus, et eam sigilli nostri appensione in testimonium roborari decrevimus. Testes, Gabriel decanus, magister Johannes, Nicholaus de Suveri; magister Theodericus, Alardus, Gislenus, Haymericus, Thomas de Aengin, canonici Sonegienses. Item testes: Osto de Trasenies, Walterus de Roavia, Henricus de Hotain, Willenus de Kocherul, Sigerus Stechellon, homines Ostonis. Item Arnulfus prior, Godinus et Everenus, monachi Camberonenses. Actum Sonegiis, Ostone predicto juniore existente et carente sigillo tunc temporis. Anno ab Incarnatione Domini M^o CC^o XIII^o, pridie kalendas januarii.

LI.

Carta Jo. episcopi de decimis de Waanebeka et de Papengien.

(Liessies, 22 juin 1216.)

Johannes Dei gratia Cameracensis episcopus, omnibus Christi fidelibus in perpetuum, salutem in Domino. Notum facimus universis tam presentibus quam futuris, quod duas partes decime parrochie de Wanesbeka quas ecclesia beate Marie de Camberon, per consensum abbatis et totius capituli Letiensis, in quorum personatu eadem parrochia continetur, de manu laicali acquisivit, et quas eadem ecclesia Camberonensis de ipsa ecclesia Letiensi sub censu annuo duorum solidorum tenet, memorate ecclesie Cameracensi divine caritatis intuitu concessimus ac donavimus, perpetuo possidendas. Item duas partes decime de Papengien quas predicta ecclesia Camberonensis per consensum abbatis et totius capituli Nivellensis, in quorum personatu eadem parrochia continetur, de manu laicali acquisivit, et quas ipsa Camberonensis ecclesia de Nivellensi ecclesia sub censu annuo duorum solidorum tenet, memorate ecclesie Camberonensi divine remunerationis intuitu concessimus ac donavimus perpetuo

possidendas. Ut autem quod a nobis tam pie gestum et ratum perpetuo perseveret, presentem cartam conscribi fecimus et eam sigilli nostri appensione confirmamus. Actum apud Leties anno Domini M^o CC^o XVI^o x^o kalendas julii.

LII.

Carta Jo. episcopi de decima de Hyon.

(Hautmont, 1218.)

Johannes Dei gratia Cameracensis episcopus, universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis, in perpetuum. Presentium testimonio notum fieri volumus tam presentibus quam futuris, quod cum Johannes, de Cumes, laicus, decimam quam habebat in parrochia de Hyon, divine pietatis intuitu conferre vellet ecclesie Camberonensi in elemosinam perpetuam, nos ipsum Johannem diligenter fecimus ammoneri ut supradictam decimam conferret ecclesie Lobiensi ad quam spectabat ratione patronatus, dictus Johannes respondit, quod eandem decimam nulli ecclesie ullomodo conferret nisi ecclesie Camberonensi memorate. Nos igitur ne aliquid omisisse videremur, decano Binchiensi nostras dedimus litteras in mandatis, quatinus abbatem et conventum Lobienses diligentes ammoneret ut elemosine jamdicte suum benigne preberent assensum, ne dictus laicus per detentionem ipsius decime in pejus haberetur, vel si aliquid contra dictam donationem vellent proponere, coram nobis vel coram officiali nostro comparerent, jus suum allegaturi: dictus abbas habito cum suis consilio respondit, quod donationi sepedicte decime consentiret, cum causam rationabilem non haberet quam posset objicere contra donationem supradictam. Nos igitur de decima memorata in manus decani Binchiensis auctoritate nostra resignata, de consilio prudentum ecclesiam de Camberon investivimus, donationem ipsam ratam et gratam in perpetuum habentes. Actum apud Altum Montem, anno dominice incarnationis M^o CC^o XVIII^o, sabbato ante *Invocavit me*.

LIII.

Carta Jo. episcopi de decima de Wattierbraine.

(Cambrai, novembre 1218.)

Johannes Dei gratia Cameracensis episcopus, universis quibus presentes litteras videre contigerit, in Domino salutem. Noverit universitas vestra quod nos decimam de Watier-Braine quam Egidius, miles de Braine, ad opus ecclesie de Camberone in manus nostras liberam reportavit, ipsam dicte ecclesie de Camberon divine pietatis intuitu in elemosinam perpetuam contulimus et concessimus, tali conditione quod si persona tenens ecclesiam de Watier-Braine, videlicet Johannes archidiaconus, filius magistri Johannis, quondam fisici domini Innocentii pape, noluit reddere pecuniam quam propter hoc contulit prefata ecclesia militi supradicto, ipsam perpetuo possidebit eodem modo quo ecclesia possidebat. Actum Carneraci, anno Domini M^o CC^o octavo decimo, mense novembri.

LIV.

Carta domini Engelberti de Aengien de eadem decima.

(1250.)

Ego Engillebertus dominus de Aengien, notum facio universis tam presentibus quam futuris ad quos presens pagina pervenerit, quod Henricus, filius domini Egidii militis de Braine, coram me et pluribus aliis personis constitutus, in quadam decima quam ecclesia de Camberon possidet et per multum tempus in pace possedit, que quidem decima in territorio de Wattier-Braine sita est, se nichil juris penitus habere recognovit, et etiam fide interposita repromisit se eandem ecclesiam de Camberon super predicta decima de Watier-Braine aliquid repetendo vel reclamando in perpetuum nullatenus molestari. Hujus rei testes sunt: ego, Engillebertus dominus de Aingien, et hii omnes quorum nomina in presenti pagina

continentur, Johannes de Heriepont, Petrus de Saintes, Arnulphus de Resbece, Walterus de Mussen, Mauritius de Hobruges, milites; Wido de Hatripont, Gervasius de Scassines, Petrus, villicus de Scassines. In istius ergo rei testimonium presentem paginam sigilli mei appensione munitam predictae ecclesie de Camberone necessarium duxi conferendam. Actum apud Resbeche, anno Domini M^o CC^o XXX^o, dominica post octavas Epiphanie.

LV.

Carta domini Anthonii de Braine de decima de Papengien.

(Steenkerque, mai 1219.)

Ego Anthonius de Braina, notum facio universis tam presentibus quam futuris quod Wido de Brege, in mea presentia et hominum nostrorum constitutus, decimam quam in territorio de Papengien de me in feodo tenebat, pro remedio anime sue et antecessorum suorum, per assensum meum et laudamentum, ecclesie beate Marie de Camberone in elemosinam contulit perpetuo possidendam. Ita plane quod tam ego quam predictus Wido nihil juris aut dominii nobis aut successoribus nostris in eadem decima retinuimus. Ut autem hec donatio rata et inviolata in perpetuum perseveret, presentem cartam sigilli mei appensione et testium subnotatione confirmari decrevi. Hujus rei testes sunt Johannes de Stenkircke, Arnulphus de Rosbecha, milites; Hugo, Balduinus Caucheseil, Engelbertus de Stenkircke, Matheus Frians et Rainaldus, homines mei. Item, dominus Balduinus, abbas, Ulbaldus, monachus et Wido, conversus de Camberon. Actum apud Stenkirke, anno ab incarnatione Domini millesimo ducentesimo nono decimo, mense maii.

LVI.

Carta Hugonis de Lens de decima de Kanaste.

(Mai 1219.)

Ego Hugo de Lens, notum facio universis tam presentibus quam futuris, quod pro remedio anime mee et antecessorum meorum, decimam quam infra villam allodii mei de Kanaste tenebam ecclesie beate Marie de Camberone in elemosinam perpetuam contuli, ita quod si forte eadem decima minus xxx modiis Montensibus annuatim valuerit, de blado meo ejusdem ville perficere teneor. Contuli quoque predictae Camberonensi ecclesie viginti solidos ad census meos de Kanaste, in festo sancti Remigii annuatim capiendos. Ut autem hec donatio rata in perpetuum perseveret, presentem cartam conscribi feci et eam tam sigilli mei appensione quam testium subscriptione corroborari decrevi. Testes: dominus Walterus de Lens, frater meus, Walterus de Fontanis, Nicholaus de Condato, Gerardus de Gauche, Alardus de Strepri, Balduinus de Condato, Hugo de Harvain. Item, Servatius prior, Arnulfus monachus de Camberon, et magister Theodericus, canonicus Sonegiensis. Actum anno Domini M^o CC^o XIX^o, mense maii.

LVII.

Carta Johannis episcopi de eadem.

(Cambrai, 8 mai 1219.)

Johannes, Dei gratia Cameracensis episcopus, universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris quibus presens scriptum videre contigerit, in Domino salutem. Noverit universitas vestra quod vir nobilis Hugo de Lens, divina inspiratione ductus, decimam allodii sui quam in parrochia de Kanaste tenebat, de consensu persone ejusdem parrochie, virorum videlicet venerabilium Marcelli abbatis et conventus Sancti Dyonisii in Brocheroia, sicut ex litteris eorundem patentibus evidenter inspeximus, in manus nostras ad opus ecclesie beate Marie de Camberone reportavit,

quam decimam, divine pietatis intuitu, dicte ecclesie de Camberone contulimus et concessimus perpetuo possidendam. Ut autem hec donatio robur perpetue firmatis obtineat, presentem paginam conscribi fecimus, et eam sigilli nostri appensione confirmavimus. Actum Cameraci, anno Incarnationis dominice M^o CC^o XIX^o, octavo idus maii.

LVIII.

Carta Cameracensis ecclesie de decimis in suo personatu.

(26 juin 1217.)

Michael, prepositus, Adam, decanus, et quod cum eis est Beate Marie Cameracensis capitulum, omnibus presens scriptum visuris, salutem in Domino. Pagine presentis indicio noverint universi quod cum adversus ecclesiam de Camberon movissemus querelam super quibusdam decimis infra limites parrochie nostre de Jorbise, videlicet octava parte decime communis de Jorbise et tercia parte in territorio de Herbisuel, a nobili viro Waltero domino de Lens ipsi in elemosinam assignatis, eo quod easdem receperat sine nostro consensu, tandem mediantibus bonis viris ita super hoc nostram obtinuit gratiam et consensum quod nobis firmiter repromisit sub testimonio scripti sui se nequaquam ulterius decimas infra parrochiarum nostrarum terminos constitutas absque nostra licentia ingressurum, et nos possessionem decimarum supradictarum nostro confirmavimus eidem consensu; ipse vero in pensionem earundem decimarum quinque solidos alborum reddere annuatim tenetur nobis in festo sancti Luce solvendo. In memoriam igitur plenamque noticiam premissorum sigilli nostri caractere fecimus presens scriptum muniri. Actum anno Domini millesimo ducentesimo septimo decimo, sexto kalendas julii.

LIX.

Carta Godefridi Cameracensis episcopi de decima de Nova-Villa.

(Valenciennes, mai 1221.)

Omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis, Godefridus, Dei gratia Cameracensis episcopus, in perpetuum salutem in Domino. Notum facimus universitati vestre quod cum Robertus miles de Nova Villa decimam quam de viro nobili Waltero, domino de Lens, apud Novam Villam in feodo tenebat, per consensum ipsius domini ecclesie beate Marie de Camberon in elemosinam conferre proposuisset sub competenti testimonio ipsum Robertum militem monuimus diligenter quatinus dictam decimam illi ecclesie resignaret ad quam jure patronatus pertinere videbatur, qui nobis instanter respondit quod memoratam decimam nulli alie ecclesie nisi ad opus predictae ecclesie de Camberon resignaret. Cum igitur dictus miles Robertus nostro monitioni parere nolisset, nos predictam decimam ad opus memorate ecclesie de Camberon in manus nostras resignatam ab eodem, per consilium prudentum virorum, se predictae ecclesie de Camberon in perpetuum possidendam contulimus et dictam donationem pontificali auctoritate confirmamus. Ut autem hec omnia rata et inviolata in perpetuum perseverent, presentem paginam conscribi fecimus et eam sigilli nostri appensione duximus roborandam. Actum Valencenis, anno Domini M^o CC^o XX^o primo, mense maio.

LX.

Carta H. Leodiensis episcopi, de decimis de Pourpais.

(1211.)

Hugo, Dei gratia Leodiensis episcopus, omnibus presentem paginam inspicientibus, salutem in vero salutari. Noverint universi quod nos donationes decimarum de Pourpais majorum et minutarum, quam abbatissa et capitulum Nivellense fecerunt ecclesie beate Marie de Camberon, laudamus et approbamus et eam presenti scripto sigillo nostro roborato-confir-

mavimus. Illas autem decimas, sicut ex scripto predictæ abbatisse et capituli cognovimus, Godefridus miles de Hodeberge et Beatrix uxor ejus de sepe-dicta ecclesia in feodo tenuerant et eas in manum abbatisse ipsius cum pleno assensu et laudamento heredum suorum ad opus ecclesie de Camberon reportaverunt. Actum anno Domini M^o CC^o XI^o.

LXI.

*Carta domini W. de Fontanis, de mutatione dotis uxoris
W. de Ligne.*

(Ligne, 21 septembre 1211.)

Ego Walterus, dominus de Fontanis, notum facio universis presentem paginam inspecturis quod Walterus de Ligne, vir nobilis et consanguineus meus, decimam quam de me apud Ligne in feodo tenebat per assensum meum ecclesie beate Marie de Camberon libere in elemosinam tradidit, perpetuo jure possidendam. Verum quia mulier nobilis Margareta, predicti Walteri uxor, de medietate totius feodi ad quod hec decima pertinebat dotata fuit, doti sue in hac parte decime coram me et hominibus meis omnino renunciavit et guerpivit et pro hujus recompensatione libere et voluntarie sibi postulavit et accepit duo modia segetis de altera parte molendini de Ligne, ad ipsum Walterum pertinente. Quia etiam predictus Walterus pro solutione quadringentarum librarum quas ecclesie Camberonensi debet, omnes fructus et redditus ville sue de Hotain eidem assignavit, si infra jam dictam solutionem idem Walterus ex hac vita decerit (quod absit) memorata uxor ejus pro medietate fructuum de Hotain terram de Richauptreit et de Tiribus triginta circiter bonaria, paulo plus vel minus, per meum assensum accepit. Ut autem hoc ratum et inconvulsum permaneat presenti pagine sigillum meum apposui et testium nomina subnotari feci. Testes: Egidius de Wancsbescha, Wido de Hosdein, Jacobus de Tourp, homines mei. Item Fastredus de Ligne, Gerardus de Veteri Condato, Arnulphus, prior de Camberon, Godinus et Ulbaldus, monachi de Camberon. Actum apud Ligne, anno Domini M^o CC^o undecimo, in die natali sancti Mathei apostoli et evangeliste.

LXII.

Sigillum Cameracensis episcopi de decimis de Serfontainnes, de Forgies, de Tongre, de Soradenges.

(Cambrou, 24 mars 1213.)

J., Dei gratia Cameracensis episcopus, tam presentibus quam futuris in perpetuum. Ad universorum noticiam volumus pervenire quod cum pro causis ecclesie nostre necessariis moram faceremus in partibus alienis et vices nostras dilecto officiali nostro, magistro Iohanni de Tornaco, canonico Cameracensi, commissemus plenarie exequendas, idem officialis noster, Gossuinus de Cruce, laicum qui partem decime de Serfontainnes, tenebat et Franconem de Esloge, militem, qui partem decime de Florsies tenebat; item, Nicholaum de Tongre, qui partem decime in villa de Tongre Beate Marie tenebat, itemque Balduinum de Lonscans, qui partem decime de Soradenges tenebat, idem officialis primo, secundo et tercio cum omni diligentia monuit ut easdem decimas quas in periculum animarum suarum detinebant et ad opus illarum ecclesiarum quibus competebant de jure parrochiali resignarent, asserens firmiter quod illis ecclesiis quibus hactenus injuriosi extiterant aliter minime satisfacerent, nullatenus admonitionem ejus admittere voluerunt nec aliquam resignationem facere nisi ecclesie Camberonensi conferrentur. Tandem ipsas decimas in manus ejus simpliciter reportaverunt fide et juramento confirmantes quod exinde ab ecclesia predicta nullam pecuniam receperant, nec postmodum se sperabant recepturos, ipse officialis nomine nostro, tamen sine aliarum ecclesiarum prejudicio, sepedicte ecclesie de Camberon ipsas possidendas concessit. Nos ergo predicta omnia sicut in scriptis officialis nostri consignatis sigillo sedis Cameracensis plenius continentur, rata habemus et firma esse volumus que ne possint elabi a posterorum memoria, presenti scripto mandari et scriptum ipsum sigilli nostri et testium idoneorum subscriptione fecimus communitari. Signum magistri Jacobi de Attrebato, S. magistri Jacobi de Rothnais, S. magistri Jacobi de Bethunice, canonicorum Cameracensium; item, signum Marcelli, abbatis Sancti-Dyonisii de Brocheroy; S. Johannis, mo-

nachi ejusdem loci; signum Arnulphi, prioris de Camberon, et signum Ubaldi, monachi de Camberon. Actum apud Camberon anno ab Incarnatione Domini M^o CC^o XIII^o, nono kalendas aprilis.

LXIII.

Sigillum domini E. de Aengien de decima de Hoves.

(1214.)

Ego Ingelbertus, dominus de Aengien, notum facio universis presentem paginam inspecturis quod Theodericus, miles de Hoves, donationem decime de Hoves, quam ecclesie beate Marie de Camberon fecit fide sua interposita, in perpetuum tenebit et fideliter omnique studio laborabit ut filia sua unigenita eandem donationem laudet: quod si ad hoc laudamentum eam inducere non potuerit ecclesie Camberonensi trecentas libras solvere teneor. Sciendum quod quidem predictus Theodericus pro concessione hujus donationis, ecclesie Camberonensi ducentas libras assignavit, capiendas super omnes terras et redditus suos de Ath, quas ipsa ecclesia, juxta consilium meum, penes se tenebit et que communi consilio ipsius Theoderici et amicorum ejus atque parentum filie ejus in emptionem terrarum vel reddituum locabuntur, ad opus ipsius puelle; nec tamen ipsa usufructuarios ex his capiet, donec nuptui tradita fuerit, sed pater ejus eos tenebit. Hec omnia Theodericus fide sua interposita se observaturum promisit et me super his fidejussorem constituit, ita quod si ipse Theodericus de omni hac conventionem aliquid per se vel per suos infregerit, infra quindecim dies ecclesie Camberonensi teneor restituere. Hujus rei testes sunt: Walterus de Moreau-meis, Nicholaus de Strepi, Sigerus de Marcha, Sigerus de Wisenbeka, et Willelmus de Cokerul, milites. Actum anno Domini M^o CC^o XIII^o.

LXIV.

Sigillum J. Cameracensis episcopi, de decimis infra parrochiam de Papengien.

(Cambren, 1217.)

Johannes, Dei gratia Cameracensis episcopus, omnibus Christi fidelibus in perpetuum, salutem in Domino. Quum quod antiquatur et senescit prope interitum est, idcirco dignum duximus res gestas fidelium scripto tradere et posterorum memorie commendare. Notum facimus universis tam presentibus quam futuris quod duas partes decime quos infra parrochiam de Papengien, ecclesia beate Marie de Camberon, de manu laicali acquisivit per consensum ecclesie Nivellensis, ad cujus personatum eadem parrochia pertinet, sicut in scripto ipsius ecclesie inspecto plenius continetur, eidem Camberonensi ecclesie tenere in perpetuum concedimus, et hanc concessionem pontificali auctoritate confirmamus. Actum Camberone, anno Dominice Incarnationis M^o CC^o XVII^o.

LXV.

Sigillum P. prepositi Condatensis, de decima sua apud Ligne.

(Octobre 1218.)

Notum sit omnibus presentem paginam inspecturis, quod ego Petrus, prepositus Condatensis, contuli post decessum meum ecclesie de Camberon, in elemosinam decimam hereditatis mee de Ligne, beneficia et orationum suffragia ejusdem ecclesie humile exostulans. Ut autem istud firmum sit et stabile, predicte ecclesie litteras meas contuli sigilli mei munimine robotatas. Datum anno gratie M^o CC^o XVIII^o, mense octobri.

LXVI.

Sigillum domini de Ligne de eadem decima.

(Janvier, 1229-1230.)

Ego Walterus dominus de Linea, notum facio omnibus presentes litteras visuris, quod ego donationem illam, quam bone memorie Petrus, quondam prepositus Condatensis, pro remedio anime sue, decimam videlicet hereditatis sue de Ligne, quam de me in feodum tenebat, contulit ecclesie Camberonensi gratam habeo et ratam. In cujus concessionis mee testimonium presentibus litteris sigillum meum feci apponi. Datum anno Domini M^o CC^o XXIX^o, mense januario.

LXVII.

Sigillum domini S. de Aengin de decimis de Sordenges et de Goy et de Flobierch.

(Cambron, 1219.)

Ego Sigerus de Aengin, notum facio universis tam presentibus quam futuris, quod pro remedio anime mee et antecessorum meorum, omnes decimas ad castellaniam de Geraudimonte pertinentes, quas infra parrochias de Soraudenges, de Goy et de Florbierc tenebam, ecclesie beate Marie de Camberon, ordinis Cisterciensis, in elemosinam contuli perpetuo possidendas. Ut autem hec donatio rata in perpetuum perseveret, dignum duxi presenti carte sigillum meum apponere et testium nomina subnotare. Hujus rei testes sunt dominus Ingelbertus de Aengin, karissimus pater meus, Walterus de Roavia, Walterus de Moreaumeis, Walterus de Longaroa, Petrus de Saintes, milites. Item dominus Balduinus, abbas, Servatius, prior, Ulbaldus, Sigerus et Walterus, monachi de Camberon.

Actum in capitulo de Camberon anno dominicæ Incarnationis M^o CC^o XIX^o, in die Ascensionis Domini.

LXVIII.

Sigillum Godefridi Cameracensis episcopi, de eisdem.

(Cambren, 7 april 1225.)

In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. Godefridus, Dei gratia Cameracensis episcopus, omnibus Christi fidelibus in perpetuum salutem in Domino. Notum facimus universis tam presentibus quam futuris, quod nos omnes decimas ad castellaniam de Geraudimonte pertinentes, quas ecclesia Beate Marie de Camberon, ex dono domini Sigeri de Aengin, infra parrochias de Soraudenges, de Goy et de Floreberc, diutius pacifice possedit et possidet, ipsi ecclesie divine pietatis intuitu in perpetuum tradimus et concedimus possidendas. Ut autem quod a nobis tam pie gestum est ratum in perpetuum perseveret, presentem cartam conscribi fecimus, et eam sigilli nostri appensione confirmavimus. Actum apud Camberonem, anno Domini M^o CC^o XX^o III^o, VII^o idus aprilis.

LXIX.

Sigillum Godefridi Cameracensis episcopi, de decima de Ronquieres.

(Tournai, janvier 1229-1230.)

Godefridus, Dei gratia Cameracensis episcopus, universis presentes litteras inspecturis in Domino salutem. Universitati vestre notum facimus quod Henricus de Ronquieres, miles, vicecomes, in nostra presentia constitutus, omnem decimam de Ronquieres, quam de nobili viro Engelberto domino de Aienghien, in feodum tenebat et tenere debebat, salubri ductus consilio, eandem decimam de consensu et voluntate predicti domini E. de Aienghien, pro remedio anime sue et animarum suorum predecessorum, in manus nostras ad opus ecclesie Beate Marie de Camberon, ad quam jus patronatus prefate ecclesie de Ronquieres dinoscitur pertinere, propria voluntate motus resignavit liberaliter et benigne. Quam decimam nos divine pietatis intuitu predictae ecclesie de Camberone in elemosinam contulimus

perpetuo jure possidendam, et predictam donationem pontificali auctoritate confirmavimus. Ut autem predicta Camberonensis ecclesia nullam in posterum super hac donatione tam pie facta calumpniam aut vexationem sustineat, eam sigilli nostri appensione roboravimus. Actum Tornaci anno Domini M^o CC^o XX^o IX^o, mense januario.

LXX.

Sigillum Cameracensis episcopi, de decimis de Bafe et de Gage.

(Cambron, mars 1219-1220.)

In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. Godefridus, Dei gratia Cameracensis episcopus, omnibus Christi fidelibus in perpetuum salutem in Domino. Notum facimus universis tam presentibus quam futuris, quod nos partes decimarum quas ecclesia Beate Marie de Camberone infra parochias de Bafia et de Gagia, ex dono Humberti de Melin, diutius pacifice possedit et possidet, ipsi ecclesie divine pietatis intuitu in perpetuum tradimus et concedimus possidendas. Ut autem, quod a nobis tam pie gestum est, ratum in perpetuum perseveret, presentem cartam conscribi fecimus, et eam sigilli nostri appensione confirmavimus. Datum apud Cambron, anno Domini M^o CC^o XIX^o, mense martio.

LXXI.

Sigillum domini E. de Aengien de decimis de Papengien, de Breges et de Bougardes.

(Le Wasnake, septembre 1225.)

Ego Engelbertus, dominus de Aengien, notum facio universis presentibus et futuris, quod Egidius miles de Buevengien in presentia mea constitutus, pro salute anime sue et suorum, omnem portionem decime quam habebat in parrochiis de Papengien et de Breges, quam diu in anime sue dispendium tenuerat, per assensum et laudamentum Walteri, militis villici

de Hal, de quo eam in feodum tenebat, ecclesie Beate Marie de Camberone in puram elemosinam contulit jure perpetuo possidendam. Facta fuit autem hec donatio in presentia fratris Henrici de Belignien, Walteri militis de Mussaig¹, Oliveri de Tuibeke et aliorum, ante portam mansionis mee de le Wasnake, juxta nemus. Ibique laudavit jam dictus Walterus, miles villicus de Hal, coram predictis et eadem die, talem acquisitionem quam fecerat prefata ecclesia de Camberon, adversus Adam de Botebruge et Gerardum fratrem suum, scilicet portionem decime de Bogardes, quam tenuerant de Colino de Monte, qui Colinus etiam illam portionem, de jam dicto villico in feodum tenebat. Ut igitur donationes et laudamenta superius habita rata permaneant, sigilli mei appensione presentem paginam roboravi. Actum loco supradicto, anno Domini M^o CC^o XX^o tercio, mense septembris.

LXXII.

Sigillum G. Cameracensis episcopi, de missione de facto in possessionem decime de Nova-Villa.

(Cambron, .. février 1225-1226.)

Ego Godefridus, Dei gratia Cameracensis episcopus, notum facio universis presentes litteras visuris, quod cum Robertus, miles de Nova-Villa, decimam de Nova-Villa, quam in dispendium anime sue diu tenuerat, in puram elemosinam ecclesie de Camberone contulisset, et in possessionem auctoritate nostra eadem ecclesia in eandem decimam missa fuisset, et ipsa ecclesia fructus ejusdem decime spontanee Widoni clerico, filio ejusdem Roberti, quamdiu viveret contulisset, ipse Wido perceptioni fructuum ejusdem decime omnino coram multis renuntiavit, et in manus meas libere ad opus ecclesie de Camberone reportavit. Ego vero peritorum usus consilio, in possessionem plenariam decime de Nova-Villa de facto ecclesiam de Camberone mittere dignum duxi, jure perpetuo de cetero possidendam. Datum apud Camberon, anno Domini M^o CC^o XX^o quinto, mense februario, feria secunda proxima, post festum beate Agathe, virginis et martyris.

¹ Ou *Mussain*.

LXXIII.

Carta O. de Trasignies, F. de Ligne et W. de Forest, de decima Nove-Ville.

(Mons, mars 1227-1228.)

Universis presentes litteras visuris Osto de Trasegnies, Fastredus de Ligne, milites, et Walterius de Foresto, ballivus comitis Flandrie et Hainoie, salutem. Noverit universitas vestra quod cum orta esset controversia inter ecclesiam Camberonensem, ex una parte, et Yvonem militem de Nova-Villa ex altera, super quadam decima, sita in parrochia de Nova-Villa, tandem partes, mediantibus bonis viris, fide interposita et sub pena mille librarum parisiensium parti adverse reddendarum, ab ea parte quae a nostro contingeret resiliare arbitrio, in nos compromiserunt, salvis tamen eidem ecclesie hereditatibus et cartulis suis super eadem decima confectis et sigillatis sigillis reverendi patris episcopi Cameracensis et viri nobilis domini Walteri de Lens, et de arbitrio nostro tenendo et observando in posterum, dictus Y. miles, ballivo Hainoie se et sua obligavit. Nos igitur super decima predicta diligenter veritate inquisita, de consilio peritorum arbitrando pronuntiavimus, dictam decimam spectare de jure ad ecclesiam Camberonensem, et ipsum Y. nullum jus in eadem decima habere. In cujus rei testimonium presentes litteras sigillorum nostrorum munimine roboravimus. Actum Montibus, anno Domini M^o CC^o vigesimo septimo, mense martio, feria sexta post dominicam qua cantatur *Letare Jerusalem*.

LXXIV.

Littere Balduini de Oillies de quadam decima.

(Septembre 1228.)

Ego Balduinus, clericus de Oillies, notum facio tam presentibus quam futuris, quod cum querela diu verteretur inter nos, ex una parte, et ecclesiam Camberonensem ex altera, super quadam portione et tenura decime de Oillies, tandem intelligens quod in eadem decima et tenura jus non habebam, consilio bonorum virorum acquiescens, illud quod in eadem

decima et tenuta pctebam, super altare Beate Marie de Camberone libere retuli et absolute. Dominus autem abbas de Camberone et ejusdem loci conventus eandem portionem et tenuram quam in predicta decima de Oillies quoquomodo possederam, michi quamdiu vixero spontanee reddiderunt, tali conditione quod post meum decessum eadem portio et tenuta ad prefatam ecclesiam de Camberone libere et absolute revertetur, nec denuo ab aliquo heredum meorum predicta ecclesia Camberonensis super hoc poterit inquietari; quippe qui huic conventioni consenserunt. Et ut hoc firmum permaneat et stabile, presentem cartam sigillo viri venerabilis decani de Cirvia sigillari feci et Camberonensi ecclesie conservandam tradidi. Datum anno Domini M^o CC^o vicesimo octavo, mense septembri.

LXXV.

Carta Cameracensis episcopi, de decima de Wedengien.

(Août 1255.)

G., Dei gratia Cameracensis episcopus, omnibus has litteras visuris in Domino salutem. Noverint universi quod nos decimas quas ecclesia de Camberon acquisivit in parrochia de Wedenghien, sitas in personatu Sancti Dyonisii in Brocoreia usque ad annum Incarnationis Domini millesimum ducentessim tricesimum, sicut in litteris abbatis et conventus Sancti Dyonisii in Brocoreia vidimus contineri, predictae Camberonensi ecclesie auctoritate episcopali confirmamus. In cujus rei testimonium presentes litteras sigilli nostri munimine fecimus roborari. Actum anno Domini M^o CC^o XXX^o tercio, mense augusto.

LXXVI.

Carta G. Cameracensis episcopi, de carragio decimae de Hainuvieres.

(Cambrai, .. octobre 1254.)

G., Dei gratia Cameracensis episcopus, universis presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod nos carragium

decimarum de Hainwieres, spectantium ad ecclesiam Sancte Gertrudis Nivellensis, quod carragium ecclesia de Camberone, sicut dicit, longo tempore tam per se quam per familiarem suum Arnoldum de Hainwieres possedit, ipsi ecclesie de Camberone sicut ipsum juste et pacifice possidet, auctoritate diocesana duximus confirmandum. In cujus rei testimonium presentes litteras sigillo nostro prefate ecclesie tradidimus roboratas. Actum apud Cameracum, anno Domini M^o CC^o XXX^o secundo, mense octobri, dominica ante festum beati Luce.

LXXVII.

Carta domini Walonis de Ladeuse de decima Walteri de Maubreuc.

(Avril 1251.)

Ego Walo, miles, dominus de Ladeuse, notum facio omnibus presentes litteras visuris, quod cum controversia verteretur inter ecclesiam Camberonensem, ex una parte, et Walterum de Maubreuch, hominem meum, ex altera, super decima cujusdem terre jacentis in potestate de Molembais, quam terram dictus Walterus de me tenet in feodo, post multas altercationes tandem idem Walterus, homo meus, saniori ductus consilio, decimam predictae terre de qua lis fuerat diu inter dictum Walterum et Camberonensem ecclesiam, benigne quitam clamavit supradictae Camberonensi ecclesie, dicens in presentia mea et coram potestate de Molembais se in dicta decima nichil juris habere. Ego autem Walo, dominus dicti Walteri, benigne consentio et concedo, ut decimam terre predictae memorata Camberonensis ecclesia pacifice possideat in perpetuum, vel alia ecclesia, quam loco sui in possessione dicte decime, dicta Camberonensis ecclesia substituere voluerit. Et ut hoc ratum permaneat in perpetuum et stabile, presenti carte sigillum meum feci appendi. Datum anno Domini millesimo ducesimo tricesimo quarto, mense aprili.

LXXVIII.

Carta de decima Balduini de le Duche.

(Juillet 1255.)

Universis ad quos noticia presentis scripti pervenerit, ego Gerardus de Hallud, miles, et Marvia, uxor mea carissima, nec non et heredes nostri, salutem in perpetuum. Sciant ergo tam presentes quam futuri quod collationem decime quam fecit Franco bone memorie, ecclesie Camberonensi jacentis in parrochia de Soradenges et de Paranche, in puram elemosinam, quam decimam idem Franco tenuerat a domino de Beverne in feodum, Balduinus etiam del Duche qui de eadem decima dicto domino de Beverne homagium prestiterat, in eadem decima per legem patrie et hominum suorum iudicio subintrando, collationem factam a dicto Francone, presente domino prefato et hominibus ejusdem, voluit, laudavit et approbavit. Quicquid juris in prefata decima habuerat et habebat eidem ecclesie nihilominus conferendo in puram elemosinam, sepredicto domino de Beverne laudante et presente et hominibus suis. Nos vero tam piam donationem dicti Franconis de Acrinia, quam laudationem et donationem decime prefate factas a Balduino del Dulche, ecclesie sepredicte tenore presentium laudamus et confirmamus, et prestare guarandiam legitimam contra quoscunque qui juri parere non voluerint, ut dominus temporalis, quantum ad nos pertinet, super premissis promittimus et tenemus bona fide. In hujus autem rei testimonium et munimen, et ne qua calumpnia possit in posterum ecclesie Camberonensi suboriri, presentes litteras eidem ecclesie scribi fecimus et appensione sigilli nostri roborari. Actum anno Domini M^o ducentesimo tricesimo quinto, mense julio.

LXXIX.

Carta alia de decima Balduini de le Duche.

(1255.)

Jou Jehans, sire de Herierpont, fac conoistre a tos cheaus ki ces lettres veront que Frankes de Acrene le dime quil tenoit del seigneur de Bievrene

en fiet a Soradenges et a Paranche dona en pure aumone a le glise de Camberon, et Bachons de le Duche, mes hom, ki de ceste dime me fist homage et entra ens par loi et par le jugement de mes homes, le aumone que Franke ses oncles fist a le glise de Camberon, et toute le dime si com il le tenoit de moi en fist par me lous et devant mes homes en pure aumone la doneit a le glise de Camberon. Che fu fait lan del incarnation Nostre-Signeur m^o cc^o xxx^o quinto, el mois de gischerec.

LXXX.

Compromissio super decima de Pourpais.

(18 octobre 1244.)

Universis presentes litteras inspecturis, frater H. dictus abbas de Camberon et ejusdem ecclesie conventus, et N. de Bosco, miles, salutem in Domino. Presentium testimonio notum facio universis, quod cum inter nos abbatem videlicet et conventum Camberonenses ex una parte, et N. de Bosco militem ex altera, super quadam decima de Pourpais controversia verteretur, tandem pro bono pacis, de consilio bonorum virorum, ex communi consensu super eadem decima compromisimus in arbitros, in viros videlicet venerabilem dominum Theobaldum, Condatensem prepositum, et magistrum Nicholaum de Atrio, qui ad preces partium ejusdem arbitrii onus in se susceperunt, diligenter inspecturi cartas vel instrumenta Camberonensis ecclesie, et utriusque partis rationes attentius audituri, et secundum ea que inspexerint vel audierint, apud peritos juris tam canonici quam civilis inquisituri sollicite, quid super dicto negotio sit agendum. Quibus omnibus inspectis, auditis, et inquisitis, super prefata decima infra festum beati Andree apostoli, nisi interim vel tunc de consensu partium terminus arbitrii prorogetur, debent arbitrando dicere, bona fide tam de alto quam de basso quod eis visum fuerit, ita tamen quod tenuram jam dicte decime, vel cartas quas super ejus possessione habemus, nos videlicet abbas et conventus de Camberon, a nobis alienare vel abjudicare non poterunt dicti arbitri ullo modo, sed si perspexerint quod nos dictum militem occasione dicte decime in aliquo leserimus injuste, taxare poterunt

cunctam pecunie quantitatem, per quam ei dampnum suum, si quod fuerit, recompensare debeamus, salva nobis in omnibus nostra proprietate, tenura videlicet decime memorate. Hoc igitur salvo, quicquid prefati duo viri, dominus videlicet Th. et magister N. super decima eadem dicendum censuerint, per omnia tenebimus, nos abbas et conventus Camberonenses et ego N. miles, et hoc promisimus sub pena quadraginta librarum Flandrensium monete parti servanti arbitrium a parte resiliente reddendarum. Ad hoc etiam tenendum ego N. miles fide nichilominus et juramento corporaliter interpositis me obligavi, et quia sigillum non habeo, sigillum prefati prepositi Condatensis, pro parte mea litteris duxi presentibus apponendum. Sciendum vero quod si infra dictum diem beati Andree dictum arbitrium non potuerit terminari, ex tunc in eum statum in quo ante compromissionem factam erat totum negotium redigetur. Anno Domini M^o CC^o quadragesimo quarto, in die beati Luce evangeliste.

LXXXI.

Sententia arbitratorum de eadem decima.

(6 décembre 1244.)

Universis presentes litteras inspecturis, Th. prepositus Condatensis et magister N. de Atrio, salutem in Domino. Presentium testimonio notum facio universis quod cum controversia et contentio verteretur in curia laicali abbatisse Nivellensis, coram eadem abbatisa et hominibus ejusdem, inter Nicholaum militem del Famelgeus Rues, dominum de Bosco ex una parte, et abbatem et conventum Camberonensem ex altera, super decima de Pourbais et in nos a partibus dictis super dicta decima compromissum esset, sub pena quadraginta librarum Flandrensium monete a parte resiliente parti servanti arbitrium reddendarum, rata nichilominus manente nostra sententia arbitrari, fide etiam ab eodem N. et ejus herede Johanne videlicet super observatione predictorum interposita corporali, nos auditis partium rationibus, lite contestata et veritate diligenter inquisita, de consilio peritorum in jure, et tam civilium quam ecclesiasticarum personarum, dictam decimam per sententiam arbitralem dictis abbati et conventui adju-

dicavimus et adjudicamus perpetuo possidendam, prefatis N. et ejus heredi super eadem decima perpetuum silentium imponentes. Dicte vero partes, huic nostre sententie subscripserunt et expresse consenserunt. Ne igitur super premissis aliqua aliquatenus posset in posterum calumpnia suboriri ad petitionem dictarum partium presentes litteras sigillis nostris fecimus communiri. Actum et datum anno Domini M^o CC^o quadragesimo quarto, in die beati Nicholai.

LXXXII.

Carta domini Nicholai de Bosco de decima de Pourpais.

(15 janvier 1244-1243.)

Ego Nicholaus miles dominus de Bosco, notum facio universis tam presentibus quam futuris, quod cum controversia et contentio verteretur inter me ex una parte, et ecclesiam Camberonensem ex altera, in curia laicali abbatisse Nivellensis, super decima de Pourpais, ego tandem sano fretus consilio, recognovi et adhuc recognosco, nec me nec meum heredem quicquid habere vel habuisse juris in decima prenotata. Si quid tamen ego et heres meus habuimus, vel habemus in eadem decima, id ipsum nos, ego videlicet N. et heres meus a nobis totaliter abdicamus, et ecclesie Camberonensi adjudicamus, promittentes eidem ecclesie legitime stipulanti, fide et juramento corporaliter interpositis, quod nunquam contra hoc veniemus, et hoc promisimus sub pena sexaginta librarum Lovaniensium, eidem ecclesie reddendarum, nostra nichilominus confessione super decima memorata et abdicatione et adjudicatione, sicut superius sunt expresse, in suo robore permansuris. Hanc autem recognitionem, abdicationem, adjudicationem et promissionem fecimus ego et heres meus, in presentia dicte abbatisse Nivellensis et quorundam hominum ejus et multorum aliorum et ad hec firmiter observanda, ego N. tam pro me quam pro hominibus meis, me et mea habita et habenda generaliter et specialiter prefate ecclesie stipulanti ut dictum est in perpetuum obligavi, et ad certiore[m] rei firmitatem, hec omnia qua premissa sunt in curia Montensi plenarie astruendo et recognoscendo recitavi, in presentia virorum nobilium et militum, videlicet, Eustachii del Rues, Rassonis de Gavera, Hugonis de Morria, Roberti de

Waregni, Fastredi de Linea, Theoderici de Thion, bailivi Hainonie, qui et presentibus litteris, ad meam petitionem sigillum suum cum meo apposuit, ne scilicet super hiis aliqua possit in posterum calumpnia vel contentio suboriri. Sub omnium predictorum et aliorum multorum testimonio competenti recitata sunt hec omnia dicto ballivo in omnium auribus protestante et me concedente, ut si nunquam contra hec venero, ad me et ad omnia mea pro pena sexaginta librarum, dicte ecclesie ut dictum est reddendarum, comes Flandrie et Hainonie vel ejus baillivus manus mittat. Actum et datum anno Domini M^o CC^o quadragesimo quarto, feria secunda post octavas Epiphanie Domini.

LXXXIII.

Carta Walteri de Montibus, de decima de Parvo Kevi.

(Jun 1223.)

Universis Christi fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit, frater Sigerus dictus abbas de Camberon ejusdemque loci conventus humilis, salutem in Eo qui dicit: *Salus populi ego sum*. Universitati vestre notum facimus quod Walterus, canonicus Sancti-Germani in Montibus, decimam quam possidet jacentem in territorio ville que dicitur Petit Kevi, intuitu divine remunerationis in elemosinam contulit ecclesie de Camberon. Nos vero ejusdem Walteri affectuosam cognoscentes in Domino pietatem de liberalitate nostre voluntatis, sub nomine ecclesie de Camberon, fructus memorate decime eidem Waltero quoad vixerit concessimus percipiendos, et Johanni et Waltero filiis sepedicti Walteri si supervixerint concessimus idipsum, ita tamen quod si ambo simul supervixerint, Johannes qui senior est Waltero, patri succedet in solidum fructuum decime percipiendorum. Ut autem ista rata in posterum permaneant fecimus conscribi et sigilli nostri appensione communiri. Actum anno Domini M^o CC^o XX^o III^o, mense junio.

LXXXIV.

Carta N. Cameracensis episcopi, de decima Soradenges.

(11 novembre 1249.)

N., Dei gratia Cameracensis episcopus, universis presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Noverit universitas vestra, nos litteras abbatis et conventus Lobiensis non viciatas, non cancellatas, non abolitas, inspexisse in hec verba : « Universis presentibus et futuris abbas et conventus Lobiensis in perpetuum. Universitati vestre notum facimus quod cum Franko de Akrene decimam totalem, quam a domino de Beverne apud Saradenges et apud Parranche detinebat in feodum ecclesie Camberonensis, in puram liberaliter contulerit elemosinam, Baldinnus quoque de le Duché, qui de eadem decima prefato domino de Beverne homagium de facto presterat, in eadem decima per iudicium hominum prefati domini subintrando dictam collationem dicte decime, prenominatae ecclesie Camberonensi a dicto Francone factam, presente dicto domino de Beverne, a quo dicta decima possidebatur in feodum, de assensu ipsius domini, evocatis ad hoc sufficienter hominibus prefati domini qui propter hoc fuerunt evocandi, laudaverit et approbaverit, quicquid juris insuper in prefata decima habuerat et habebat vel habere poterat eidem ecclesie nichilominus conferenda. Nos vero collationibus antedictis decime antedictae ecclesie Camberonensi factis, per aliquantulum temporis contradicentes, dictam ecclesiam Camberonensem super decima dicta molestando et inquietando, dicentes eandem decimam ad nos de jure communi pertinere, postmodum sano freti consilio ecclesie Camberonensi jam dicte collationes dicte decime antedictas eidem factas laudantes et approbantes, eandem decimam dicte ecclesie Camberonensi concessimus et adhuc concedimus deinceps in perpetuum quiete et pacifice ab eadem ecclesia Camberonensi possidendam, ita tamen quod ratione dicte decime ecclesia Camberonensis nobis annuatim ad censum decem solidorum alborum seu Flandrensium legalium in Nativitate beati Johannis Baptiste persolvendorum in perpetuum remanebit obligata. Ut autem omnia antedicta rata et firma in perpetuum permanent, presentem paginam sigillorum nostrorum munimine dicte ecclesie

Cambronensi tradidimus roboratam, renuntiantes expresse restitutioni in integrum, exceptioni minus justi precii et omni auxilio juris tam canonici quam civilis, nunc vel in posterum super decima antedicta nobis competenti. Actum anno Domini M^o CC^o tricesimo sexto, mense februario. » Nos vero hiis diligenter inspectis, omnia predicta prout rite et legitime sunt facta, laudamus et approbamus et pontificali auctoritate confirmamus, presentes litteras sigillo nostro munitas in testimonium nostre confirmationis ecclesie porreximus memorate. Actum et datum anno Domini M^o CC^o quadragesimo nono in die sancti Martini hiemalis.

LXXXV.

Carta domini Balduini de Avesnis, de decima de Florezies.

(1230.)

Ego Balduinus de Avesnis, miles, filius nobilis domine Margarete, Flandrie et Haynonie comitisse, dominus Bellomontis. Notum facio omnibus presentes litteras inspecturis, quod cum in decima de Florezies quandam portionem de viro nobili domino et fratre meo Johanne de Avesnis, tenerem in feodum et libere possiderem, ego de mera voluntate mea eandem decime portionem ecclesie de Cambron, Cisterciensis ordinis, per ejusdem domini mei totaliter contuli laudamentum et consensum. Et ut in dictam decimam dicta ecclesia competentius intraret eamque securius possideret, quicquid in ea mihi vel heredi meo competebat et competere poterat quoquo modo, ad opus dicte ecclesie werpiens reportavi in manus dicti domini mei Johannis, convocatis et presentibus propter hoc sufficienter secundum legem et consuetudinem patrie hominibus ejus et judicantibus quod bene et legitime dictam decimam werpisssem, meque plenarie de ea exheredassem. Dictus vero dominus et frater meus ad petitionem meam divine pietatis intuitu dictam prefate decime portionem cum omni jure quod ipsi vel mihi ac heredibus nostris in ea competebat et competere poterat memorate ecclesie Cambronensi coram prefatis hominibus suis in elemosinam contulit, jure perpetuo possidendam, nec sibi, nec mihi, nec heredibus nostris quicquam retinens in eadem. Promisi autem dicte ecclesie

de Adam, dicto de Monte, parrochiano de Bellenghien, tenebat apud Papenghien, sub annuo censu duorum denariorum alborum, que quidem decima pro majori parte quondam fuit Gossuini, laici de Berghem, pro residua vero parte fuit Lamberti filii Henrici de Bouchourt, dicti Corskant ut dicebat, coram nobis ecclesie beate Marie de Camberone in elemosinam conferre proponeret, nos sub competenti testimonio ipsum Johannem monuimus competenter quatenus dictam decimam resignaret ecclesie de Papenghien, ad quam de jure spectare videbatur, qui nobis respondit quod decimam ipsam nulli alii ecclesie quam predictae ecclesie de Camberone conferret aut resignaret, qui eandem decimam et quicquid juris habebat in eodem et habere poterat, in nostra presentia personaliter constitutus, predictae ecclesie de Camberone contulit et donavit in elemosinam perpetuo possidendam. Cum igitur dictus J. villicus nostre monitioni pareret in hac parte, nos eandem decimam ad opus memoratae ecclesie de Camberone in manus abbatis de Camberone a sepedicto J. resignatam, nec non ut collationem ipsius decime coram nobis factam, dicte ecclesie de Camberone de consensu predicti Ade, domini sui presentis ut dicebat, et expresse laudantis collationem et resignationem antedictas, ipsam quoque decimam predicti census servitio et alio quocunque onere eximentis et liberantis, predictas inquam collationes et resignationes, prout facte sunt, pontificali auctoritate confirmamus. Datum anno Domini M^o CC^o LXXX^o II^o, feria secunda post dominicam quo cantatur *Oculi*.

XCI.

Carta domini B. de Avesnis et de Bellomonte domini, de decima parte decime de Floresies, que fuit Henrici castellani de Haymeries.

(Septembre 1285.)

Jou Bauduins dAvesnes, sires de Biaumont, fach savoir a tous ke Henris li castellains de Haymeries, mes hom, a en la presense de mes homes, ses pers, raporteit en me main pour le glise de Cambron ahyreter bien et a loi, le nuevime part de la disme de Floresies ke il tenoit de mi en fief, et

generalement tout le droit ke il avoit et avoir pooit en cele disme, et werpi li dis Henris pour lui et pour ses oirs, quitta et resigna en me main bien et a loi cele disme, en la presense de mes homes devant dis, et proumist ke jamais en cele disme droit ne demanderoit, ne cose ne feroit, ne ne procurroit a faire par quoi li glise de Cambron en fust de riens destourbee et adamagie. Et tant en fu fait ke mi home disent par loi et par jugement a me soumonse, ke li dis Henris estoit de cele nuevime partie de le dite disme et de quant kil avoir i pooit bien desyretes et a loi, et ke nient ni avoit ne avoir ni pooit, ne il ne ses oirs. En apriés, jou en la presense de mes devant dis homes cele nuevime partie de le disme ki dite est, et tout le droit ke Henris devant dis avoit eut en cele disme, al heure kil fist le report et le werp deseure dis, et kil adont avoir i pooit estai de tous services et de toutes kierkes¹ de fief, et le franki pour le glise de Camberon deseure dite ayreter, et le reportai en le main dant Jakemon cellerier de le dite glise de Camberon el nom de le glise, et en ayretai le glise pour tenir perpetuellement, hyretaument et frankement sans nul service, cumme leur franch hyretage, et bien le peuch faire cumme chou fust mes frans allues. Et tant en fu fait ke il home devant dit disent par loi et par jugement a me soumonse ke li glise de Camberon en estoit bien ayretee et a loi, et ke nient ni avoie ne avoir ne pooie, ne jou ne mi oir. A toutes ches coses furent me home a chou apieleit, maistres Hues li carpentiers, Jehans li fevres, Jehans Berbisens, Hues de Froit Mantiel, et Pieres li maires, et si i furent mi eskievin, si loist a savoir Jehans Flokes, et Jakemes li telliers. Et pour chou ke toutes ces coses soient fermes et estables, jou B. dAvesnes devant dis a fait saicler ces lettres de me propre saiel, et donnees al abbet et au couvent de Camberon en conissanche de veriteit. Cou fu fait lan del incarnation Jhesu Crist mil deus cens quatre vins et trois, le venredi devant le fieste saint Remi.

¹ *Kierkes*, charges.

XCII.

Carta domini Betthonis archidiaconi Cameracensis de decima de Fignies.

(Août 1295.)

Universis presentes litteras inspecturis, magister Betto, archidiaconus Anthwerpiensis, in ecclesia Cameracensi vices gerens reverendi et domini G., Dei gratia Cameracensis episcopi, salutem in Domino sempiternam. Noverit universitas vestra quod ad nos accedens honestus vir magister Johannes, dictus li Teye, presbiter, nobis exposuit quod ipse decimam suam antiquam currentem in parrochia de Fignies, videlicet terciam garbam quam tenuit Balduinus de Fignies in feodum a domino Roberto de Louvignies milite, ecclesie Camberonensi, Cysterciensis ordinis, Cameracensis dyocesis, libere propter Deum et ut beneficiorum que in monasterio de Camberone fient in posterum particeps efficiatur, conferre volebat, petens cum instantia hujusmodi collationi nostram, vice domini nostri episcopi Cameracensis, auctoritatem adhiberi et consensum ipsamque donationem confirmari. Nos autem dictum Johannem primo, secundo et tercio monuimus diligenter ut dictam decimam ecclesie ad quam spectabat restituere curaret, et cum nos ipsum ad hoc inducere non possemus, nos libera resignatione dicte decime in manu nostra a dicto Johanne facta, animo donandi ad opus ecclesie Camberonensis ipsam decimam, priori dicti monasterii nomine ipsius monasterii assignavimus et contulimus, perpetuo possidendam, eandemque donationem auctoritate dicti domini episcopi qua fungimur in hac parte confirmamus. Actum et datum anno Domini M^o CC^o nonagesimo tercio, mense augusto.

XCIII.

Carta domini Cameracensis episcopi de decima de Fignies.

(Août 1295.)

Universis presentes litteras inspecturis, Guillelmus Dei gratia Cameracensis episcopus, salutem in Domino. Ex parte virorum religiosorum ka-

rissimorum nobis in Christo, abbatis et conventus monasterii Camberonensis, Cysterciensis ordinis, nostre dyocesis, supplicatum extitit, ut cum magister Johannes dictus Teye, presbiter, volens dare decimam suam antiquam currentem in parrochia de Fingnies in feodum a domino Roberto de Louvignies milite, in perpetuam elemosinam abbati, conventui et monasterio predictis, ipsam in manus venerabilis viri magistri Bettonis archidiaconi Anthwerpiensis in ecclesia Cameracensi socii nostri karissimi, in hoc specialiter et in aliis pluribus vices nostras gerentis, ad opus monasterii predicti reportaverit, dictusque archidiaconus de mandato, voluntate et assensu ipsius magistri Johannis, priori ipsius monasterii ad opus dicti monasterii assignaverit, dederit et contulerit pure et libere in perpetuum possidendam, nos reportationem, collationem et donationem predictas laudare, approbare et auctoritate ordinaria confirmare vellemus. Nos autem attendentes que circa hec fuerunt attendenda et que dictus magister Ihoannes ab eodem archidiacono primo, secundo et tercio premonitus, ut dictam decimam ecclesie ad quam spectabat restitueret, ad hoc induci nequiverit, prout in litteris dicti archidiaconi continetur plenius, volentes paci et tranquillitati dicti monasterii ac aliarum ecclesiarum ac monasteriorum nostre dyocesis, prout secundum dominum possumus providere, reportationem, collationem et donationem predictas laudamus et approbamus ac eas auctoritate ordinaria confirmamus. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus litteris est appensum. Datum anno Domini M^o CC^o nonagesimo tercio, mense augusto, in die octavarum Assumptionis beate Marie Virginis.

XCIV.

Carta officialis Cameracensis inter capitulum Sancte-Crucis Cameracensis et magistrum J. le Thaye super decima de Fingnies.

(Avril 1275.)

Universis presentes litteris inspecturis, officialis sedis Cameracensis vacantis, salutem in Domino. Noverint universi quod cum inter capitulum ecclesie Sancte-Crucis Cameracensis et Egidium, curatum ecclesie parochialis de Fingnies, ex una parte, et magistrum Jhoannem dictum le Teye

capellanum perpetuum capelle Sancti-Andree Montensis, ex altera parte, materia questionis verteretur, super quadam parte seu portione decimarum fructuum provenientium infra limites dicte parrochie de Fingnies, que pars seu portio decimarum Balduini dicti de Avesnis quondam fuisse dicebatur, et quam partem seu portionem decimarum dictus magister J. capellanus dicebat ad se pertinere titulo seu emptionis seu venditionis, inter ipsos J. capellanum et Balduinum de eadem legitime habitarem, eandem predicti capitulum et presbiter de Fingnies coram nobis in jure propter hoc personaliter constituti, dicto magistro J. capellano et ejus heredibus seu successoribus dictam partem seu portionem decimarum omne jus et omnem actionem quas dictum capitulum et presbiter de Fingnies habebant vel habere poterant aut debebant in premissis quocunque jure vel quacunque causa sive ratione spontanee quitaverunt et quitant et renuntiant eisdem ad opus dicti J. capellani et ejus heredum seu successorum, promittentes bona fide dicti capitulum et presbiter de Fingnies quod contra premissa vel aliqua premissorum, per se vel per alium seu alios, non venient in futurum. Nec ipsum J. capellanum nec ejus heredes sive successores super premissis vel aliquo premissorum de cetero molestabunt sive facient molestari. In cujus rei testimonium, ad instantiam et petitionem dictorum capituli et presbiteri de Fingnies, presentibus litteris sigillum sedis Cameracensis (duximus) apponendum. Datum anno Domini M^o CC^o LXX^o tercio, mense aprili.

XCV.

Duo cyrographa simul Ligata de eodem. (Dismes de Fingnies.)

(Louvegnies, .. janvier 1271-1272.)

Sachent tout cil ki cest escrit veront ou oront ke Baudes, fiex a Jehan con dist dAvenes a vendut a maistre Jean, con dit le Taye, capelain de Saint Andriu, de Mons, tele partie tout entierement, kil avoit et avoir pooit en le disme de Fingnies, le quele disme il tenoit en fief liege de monsigneur Robiert de Louvegnies, chevalier, et li a vendu le disme devant dite en tele maniere, ke on doit faire de cel fief yretage, et en doit faire ayreter le devant dit maistre Jehan, bien et a loy, parmi iii saus de blans de

cens par an, lesquels on doit paier al signeur de Louvegnies devens le quart jour de Paskes, et sil avenoit choze ke cil troi saus nestoient paiet al terme nommet, li sires de Louvegnies en poroit prendre iii saus pour les loys apries le quart jour pour le defaute dou paiement et pora maistre Jehan devant nommeis, le devant dite disme vendre et donner a quel glize et a quel personne ke il vorra, soit personne de sainte Eglise, soit autre, sauf chou ke li personne, ki pour leglize i entera, puist vivre et morir. Et en tel maniere ke li personne ki i entera devera au signeur de Louvegnies devant nommet double cens, se loist a savoir, sis saus al entree, et parmi chou il i entrera pasiulement sans autre service a donner, et li sires de Louvegnies ne le puet ne doit refuser. Et puet plusieurs glizes, et plusieurs personnes entrer en cel yretage, sauf le cens paiant au signeur selonc chou ke chascuns entenroit. Et est a savoir ke Baudes, devant nommeis, repõrta tout le fief devant dit en le main au signeur pour ayreter maistre Jehan devant nommeit, en tel maniere ke deseure est deviset, et jugierent li homme de fief a le semonse dou signeur, ke Baudes devant dis estoit bien desyretes et a loy, et ke mais nient ni avoit et en fisent li home siute. Et la furent en presense li eskevin de Louvegnies ki che virent et oirent. La furent com homme, Wastiers Restes, Willames Busetiaus, Watiẽrs dou petit Kaisnoit, Emous li fevres de Roisin, et Thumas de Bril. Et est a savoir ke li sires de Louvegnies en ayreta bien et a loy maistre Jehan devant nommet, et jugierent li eskevin de Louvegnies a le semonse dou signeur, ke maistre Jehans souvent nommeis estoit bien et a loy en le dime devant dite, ensi com en sen boin yretage, parmi les devises ki deseure sont devisees. A ces convenanches furent, com eskevin de Louvegnies, Biernars li Corbisiers, Jehans Parars, Watiẽrs li carpentiers, Jehans Tifars, Alars Cachehuers, Jakemes de Latre, et Alars Frohars, et com crestien, maistres Jehans de Harvaing, canones de Saint-Germain de Mons, maistres Jehans pauroffiens de Bayay, Bierniers li escuiers monsigneur Robiert de Louvegnies, Gilles li Herus, Ernaus Bruinans et Coutelars de Goegnies. Che fu fait lan del Incarnation Nostre Signeur Jhesu Crist M^o CC^o et LXXI, el mois de jenvier le devenres apries lapparision Nostre Signeur. Ce fu fait a Louvegnies en le maison al signor et la doit on le cens paier.

XCVI.

Confirmatio comitis Haynonie de decima de Fignies.

(Mai 1296.)

Nous Jehans dAvenes, cuens de Haynau, faisons savoir a tous, ke come ensi soit ke maistres Jehans, con dist le Taye, capelains de Saint Andriu de Mons, ait donnet pour Dieu et en aumosne, as religieux hommes labbet et le couvent de Camberon toute le partie des dismes tout entierement, kil avoit et avoir pooit et devoit en toute le disme de le pouroffe et dou tieroir de Fignies, ensi kil apert par les lettres, ki nous en sont monstrees, lequele disme li devant dis maistre Jehans avoit acquis a Baudet fil a Jehan com dist dAvenes, par le gret et par le los monsieur Robiert de Louvegnies chevalier, de cui li dis maistre Jehans tenoit le disme devant dite en yretage, parmi iii saus blancs de cens par an. Nous pour Dieu tout avant et pour no arme¹, loons, greons, approuvons, et confirmons a cyals de Camberon devant dis, le don, laumosne et le disme devant dite, et lavons enconvent pour nous et pour nos oirs a warandir, et a faire paisieule a cials de Camberon, si com sires souverains de le terre, encontre tous homes, et a chou nos obligons nos et nos oirs par le tiesmognage de ces lettres, saieeles de no propre saiel, et donnees lan del incarnation Jhesu Crist M CC III^{xx} et XVI, ou mois de may.


¹ Arme, àmc.

SECTIO UNDECIMA.





CARTARUM DE LENS.





INCIPIUNT

CAPITULA CARTARUM DE DECIMIS DE LENS.

- 
- | | |
|---|--|
| I. Carta F. comitis de decimis de Lens. | VI. Compromissio super controversia decime de Morriu. |
| II. Carta de Lens de eisdem. | VII. Carta arbitrii diete decime Morriu. |
| III. Carta W. de Lens de decimis de Lens, Jourbise, Castello, Herbisuel et de Helchies. | VIII. Carta testimonii O. de Trassignies super decima. |
| IV. Carta cardinalis de eisdem (sunt due). | IX. Carta officialis quod E. de Castello juxta Thiosies, recognovit se nihil habere in decima de Castello. |
| Y. Carta J. Cameracensis episcopi unde supra. | |
- 

CARTARUM DE LENS.

I.

Carta Fernandi comitis de decimis de Lens.

(Mons, 10 septembre 1213.)

Ego Fernandus, comes Flandrensis et Hainoie, notum facio universis tam presentibus quam futuris quod Walterus de Lens, vir nobilis, omnes decimas quas de me in feodo tenebat per assensum meum et laudamentum, ecclesie beate Marie de Camberon, in elemosinam perpetuo jure tenendas donavit. Ut autem hec donatio rata in perpetuum perseveret, dignum duxi presentem cartam sigillo meo et sigillis parium de Haynoia communire et testium nomina subnotare. Signum Eustachii de Rodio; S. Gerardi de Jache; S. Razonis junioris de Gavera; S. Alardi de Sterpi, parium de Haynoia. Item S. Arnulphi de Audenarde; S. Nicholai de Condato; S. Petri de Duaco, et S. Walteri de Roavia. Actum Montibus anno ab incarnatione Domini M^o CC^o terciodecimo, quarto idus septembris.

II.

Carta domini Walteri de Lens, de eisdem.

(Lens, 29 avril 1213.)

Ego Walterus, dominus de Lens, notum facio universis tam presentibus quam futuris quod divina inspiratione ductus, pro remedio anime mee et

antecessorum meorum omnes decimas quas infra parrochias de Lens, de Jurbise, de Castello, de Herbisuel et de Helchies tenebam, vel in omnibus locis ubicunque aliquid decimarum tenebam vel tenere debebam, ecclesie beate Marie de Camberone, in puram elemosinam perpetuo jure possidendas donavi. Ita quidem quod in omnibus decimis hiis nichil domini vel juris mihi aut successoribus meis retinui, excepto dumtaxat usu fructuario de Helchies, quem dilecta mater mea Eremburgis, quoad vixerit possidebit. Sciendum autem quod prestito corporaliter juramento ac fide mea interposita, harum decimarum donationem, tam pie ac legitime factam, inviolabiliter in perpetuum observabo, et successoribus meis observandam precipio. Ita quod si aliquis eidem ecclesie de Camberone injuriam aut calumpniam dampnosam, super hac donatione intulerit, garantizare et defensare per omnia teneor. Ut autem elemosine hujus donatio rata et inviolata in perpetuum conservetur, pagine presenti dignum duxi sigillum meum apponere et virorum nobilium nomina qui interfuerunt subnotare. S. Eustachii de Rodio; S. Arnulfi de Audenarde; S. Danielis de Masgline; S. Eustachii de Masgline; S. Ostonis de Trasinies; S. Alardi de Borgele; S. Arnulfi de Hamaide; S. Roberti de Oellies. Actum apud Lens, anno ab incarnatione Domini M^o CC^o XIII^o, tercio kalendas maii.

III.

Carta alia domini Walteri de Lens, de decimis de Lens, de Jurbise, de Castello, de Herbisuel et de Helchies.

(10 septembre 1215.)

Ego Walterus, dominus de Lens, notum facio universis tam presentibus quam futuris quod divina inspiratione ductus, pro remedio anime mee et antecessorum meorum, omnes decimas quas infra parrochias de Lens, de Jurbise, de Castello, de Herbisuel et de Helchies, de comite Flandrie et Hainoie in feodo tenebam, de libera et spontanea voluntate mea, ecclesie beate Marie de Camberon in puram elemosinam perpetuo jure possidendas, donavi, ita quidem quod in hiis nichil juris vel domini mihi aut successoribus meis retinui. Sciendum autem quod harum deci-

marum donationem tam pie ac legitime factam inviolabiliter observabo, et successoribus meis in perpetuum observanda precipio, ita quod si aliquis predictae ecclesie de Camberon super hac injuriam aut calumpniam dampnosam intulerit, garantizare et defensare per omnia teneor. Ut autem elemosine hujus donatio rata et inconvulsa perpetuo perseveret, dignum duxi presenti carte sigillum meum apponere et virorum nobilium qui interfuerunt nomina subnotare. S. Eustachii de Ruz; S. Gerardi de Jache; S. Rasonis de Gavera; S. Alardi de Sterpi, comparium meorum. Item; S. Arnulfi de Audenarde; S. Nicholai de Condato; S. Petri de Duaco; S. Walteri de Roavia; S. Hugonis de Gagia; S. Werrici, Servatii, et Ulbaldi, monachorum de Camberon. Actum Montibus, presente comite Fernando et assensum prebente, anno ab incarnatione Domini M^o CC^o XIII^o, quarto idus septembris.

IV.

Carta cardinalis de eodem.

(Janvier, 1213.)

Omnibus Christi, fidelibus ad quos presens scriptum pervenerit, R. servus crucis Christi, divina miseratione titulo Sancti Stephani in Celio monte presbiter cardinalis et apostolice sedis legatus, salutem in Verbo salutari. Notum vobis facimus, quod Walterus, vir nobilis, dominus de Lens, pro remedio anime sue et antecessorum suorum, omnes decimas, quas infra parrochias de Lens, de Jurbise, de Castello, de Erbisul, et de Helchies tenebat et que jure hereditario ad eum spectabant, ad opus ecclesie beate Marie de Camberon in manus nostras resignavit, quod nos predictae ecclesie de Camberon, intuitu caritatis in elemosinam perpetuo jure tenendas concessimus, ipsamque elemosinam auctoritate nostre legationis confirmavimus. Actum anno gratie M^o CC^o XIII^o, mense januario.

V.

Carta Johannis Cameracensis episcopi de eodem.

(Camberon, 20 janvier 1214-1215.)

Johannes Dei gratia Cameracensis episcopus, universis Christi fidelibus in perpetuum, salutem in Domino. Notum facimus universis tam presentibus quam futuris, quod donationem omnium decimarum suarum, quam Walterus vir nobilis, dominus de Lens, ecclesie beate Marie de Camberon in puram elemosinam fecit, et quam vir venerabilis dominus Robertus, servus crucis Christi, titulo Sancti Stephani in Celio monte presbiter cardinalis et apostolice sedis legatus, confirmavit, ratam in perpetuum et gratam habemus. Actum apud Camberon, anno ab incarnatione Domini M^o CC^o XIII^o, quarto kalendas februarii.

VI.

Compromissio super controversia de decimis de Morriu.

(Helchies, 1226.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras visuris frater S. dictus abbas de Camberone, totusque ejusdem loci conventus, itemque M., Dei permissione dicta abbatissa de Gislengien, et quod cum ea est capitulum, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod cum super decimis novalium de Morriu, parrochie de Helchies, causa inter nos et nostras moveretur ecclesias, placuit utrique parti de communi assensu omnium nostrum in virum venerabilem et discretum, magistrum Matheum de Cirvia, canonicum et officialem vices gerentem Cameracenses, compromittere. Ita quod nos appellatione remota ratum habebimus et gratum quicquid super eisdem novalibus dixerit vel fecerit compositione vel judicio, sub pena quadraginta librarum parisiensium quam penam pars qui a compositione vel judicio prefati M. resilierit, solvet alteri parti dictum iudicium vel ordinationem sive compositionem observanti. Et sciendum

quod dictus magister receptis rationibus utriusque partis in scripto, causam prefatam de plano terminare tenetur modo supradicto. Actum apud Helchies in atrio, anno Domini M^o CC^o XX^o sexto, feria sexta ante festum beati Laurentii.

VII.

Arbitrium de decima de Morriu.

(. juillet, 1227.)

Universis presens scriptum inspecturis M. de Cirvia canonicus Cameracensis, salutem. Noverit universitas vestra quod cum querela verteretur super decima novalium de Morriu inter ecclesiam de Gillengien ex una parte, et ecclesiam de Camberone ex altera, tandem in nos de communi assensu compromiserunt in hunc modum, quod quicquid iudicio, compositione seu etiam ordinatione faceremus vel diceremus, appellatione remota sub pena XL^{la} librarum parisiensium ratum haberent et firmum. Nos igitur auditis rationibus hinc et inde et plenius intellectis, in ferendam sententiam secundum juris rigorem perplexi, equitatem potius attendentes; hoc modo inter dictas ecclesias ordinavimus, quod in dicta decima, amota primo tercia parte, que ad presbiterum loci et personam pertinet, in duabus partibus residuis, ecclesia Gillegensis duas partes integre percipiet, ecclesie vero Camberonensi tercia pars residua relinquetur, salvo jure presbiteri loci in tota decima prenotata. Hanc autem ordinationem a nobis super dicta causa factam, procuratores dictarum ecclesiarum, dominus Briccius, presbiter ex parte Gillegensis ecclesie, frater vero Albricus ex parte Camberonensis, approbaverunt et ratam habuerunt, et hec ordinatio facta fuit a nobis feria sexta ante Divisionem apostolorum, die dicta ad audiendum dictum nostrum a partibus acceptata. Quod ut ratum habeatur et firmum, presentem paginam sigilli nostri munimine dignum duximus roborare. Actum feria sexta supradicta, anno Domini M^o CC^o XX^o VII^o, mense julio.

VIII.

Testimonium domini O. de Trassignies de decima de Lens.

(29 avril 1234.)

Ego Osto, dominus de Trassignies, notum facio omnibus presens scriptum visuris, quod cum querela verteretur inter viros nobiles, Walterum dominum de Lens ex una parte, et dominum Hugonem de Kenaste fratrem ejus ex altera, eo quod dicto H. et amicis suis videbatur quod bonam aut justam partem non haberet contra fratrem suum de hereditate patris sui, tandem vir nobilis dominus W. ad consilium bonorum virorum dedit dicto H. fratri suo terram de Morriu pro parte sua emendanda, tali conditione quod dictus Walterus poterat de suo conferre libere in elemosinam ubicumque vellet usque ad quandam summam substantie sue, et nichil amplius dare poterat de hereditate sua sine consensu dicti H. fratris sui; preterea cum dictus Hugo duxit in uxorem filiam domini Reneri de Trit, dictus Walterus, frater suus, dedit eidem H. xx^{ti} libras in denariis annui redditus, et hoc nichilominus pro parte hereditatis sue emendanda, et hec me presente et multis aliis viris nobiles astantibus facta fuerunt, nec aliqua mentio facta fuit de decimis, quas dictus W. Camberonensi ecclesie jamdudum pro remedio anime sue in puram elemosinam contulerat, cum ista pax inter dictos fratres fuit reformata, et hoc per meas litteras omnibus certifico. Datum anno Domini M^o CC^o XXX^o quarto, sabbato in Pascha.

IX.

Sigillum officialis Cameracensis, quod Egidius de Castello, juxta Thieusies recognovit se nichil habere in decima de Castello.


(Septembre 1259.)

Universis presentes litteras inspecturis, officialis Cameracensis salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod Egidius filius quondam Godefridi, majoris de Castello, juxta Thieuzies, coram nobis in jure propter hoc personaliter constitutus recognovit et confessus est quod cum olim inter viros religiosos abbatem et conventum monasterii Camberonensis, Cisterciensis ordinis, Cameracensis diocesis, ex parte una, super sexta parte decime de Castello que vocatur decima de Sartis, ipsumque Egidium ex altera, coram preposito ecclesie Amaniensis, Leodiensis diocesis, judice a domino papa dato, esset diutius litigatum, tandem justitia exigente lata fuit sententia diffinitiva pro eisdem abbate et conventu contra eundem E., abbati et conventui prelibatis, in qua quidem decima idem E., spontanea voluntate recognovit, asseruit et confessus est coram nobis se nullum jus habere, nec ullo unquam tempore habuisse, ad cautelam tamen et ex abundantia idem E. omne jus si quid in eadem decima habuerat vel habebat quoquomodo quitavit et remisit penitus et werpivit in perpetuum abbati et conventui memoratis. Promittens interposita stipulatione sollempni quod in dicta decima per se vel per alium nichil de cetero reclamabit nec impediet, aut se opponet ullo modo quominus iidem abbas et conventus prefatam decimam in perpetuum possideant et habeant tanquam suam, pacifice et quiete, renuntians expresse in omnibus hic contentis omni actioni, allegationi et exceptioni doli mali, vis et metus, omni deceptioni et lesioni majori et minori, omni consuetudini et statuto cujuslibet patrie sive loci, omni indulgentie et privilegio ac rescripto a summo pontifice ejusque legatis et alio quolibet jam obtentis et in posterum obtinendis, omnique juris auxilio tam canonici quam civilis et omnibus aliis que contra presens instrumentum possent obici vel in factum. Premissa autem omnia et singula promisit idem E. fide et

juramento prestitis ab eodem se firmiter servaturum et contra ea vel eorum aliquid non venturum, et super hoc obligavit idem E. se et heredes suos ac eorum bona et nostre jurisdictioni supposuit, volens et concedens expresse ut nos eum et heredes suos ad observationem omnium premissorum per censuram ecclesiasticam compellamus ubicunque se transferant et morentur. In quorum omnium testimonium perpetuam memoriam et munimen, presentes litteras ad opus ipsorum abbatis et conventus sub testimonio Balduini de Melin, Renaldi de Haspra et Alardi de Lens, clericorum, sigillo sedis Cameracensis fecimus sigillari. Datum anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo nono, feria secunda post festum beati Bartholomei apostoli.

SECTIO DUODECIMA.

CARTARUM DE CONCORDIA ECCLESIARUM.



INCIPIUNT

CAPITULA CARTARUM DE CONCORDIA ECCLESiarUM.

- I. Carta abbatisse de Gillengien de decima de Helchies.
- II. Carta ejusdem de decimis de Lens, de Wanebeke, de Hoves et de Parvo Aingien.
- III. Carta Sancti Dionysii in Brokeroie de conventione decimarum nostrarum (non est sigillata).
- IV. Carta Sancti Gislani de concordia inter nos et ipsos.
- V. Carta arbitrorum de eadem concordia.
- VI. Compositio Liciensis ecclesie de decimis de Ath, de Wanebeke et de Hamaidia.
- VII. Carta arbitrorum de compositione predicta.
- VIII. Carta de compositione facta inter nos et ecclesiam de Hasnon (est parvi valoris).
- IX. Carta de pace facta inter nos et ecclesiam Sancti Amandi in Pabula.
- X. Compositio decime de Woudeke inter nos et dictam Sancti Amandi ecclesiam.
- XI. Carta officialis quod decima de Ronkieres nobis sit abjudicata.
- XII. Carta abbatisse Nivellensis de concordia inter nos et hospitale Nivellense.
- XIII. Compositio inter nos et ecclesiam Sancti Dyonisii super decima de parvo Aingien.
- XIV. Carta Lobiensis ecclesie de decima de Soradenges et de Parranche.
- XV. Compositio Aquiscinctensis ecclesie de decimis.
- XVI. Carta E. de Aingien de conventione inter nos et presbiterum de Papengien (parvi valoris).
- XVII. Carta officialis de controversia inter nos et ecclesiam Beati Sepulcri.
- XVIII. Carta abbatis Sancti Sepulcri de quo supra.
- XIX. Carta curati de Florezies quod nihil habet in duabus partibus decime novialium de Florezies.
- XX. Compositio super controversia inter nos et ecclesiam Sancti Gislani.
- XXI. Carta arbitrii predictae compromissionis.
- XXII. Compositio inter nos et ecclesiam Sancti Dyonisii (diffinitio dieti compromissi totam rem comprehendens).
- XXIII. Carta de quo supra (Divisio decimarum). Dicta decima infra octavas Pasche debet solvi licet de gratia semel sit recepta ante tempus, ut in littera super hoc confecta.
- XXIV. Carta de vi bonariis et m^{bus} jorneriis terre que illi de Ognies tenent apud Masnui et apud Jorbize de nobis.

XXV. Carta abbatisse de Gillenghien, de novalibus et novis mansuris apud Hellechies.

XXVI. Carta de concordia inter nos et presbiterum de Bongnies. Cum ista est littera de dissaisitione bonorum nostrorum.

XXVII. Carta Curtracensis ecclesie super decimis de Hulst.

XXVIII. Carta de pace inter nos et presbiterum de Toricourt supra unum bonarium.

XXIX. Carta abbatis Clarevallensis de concordia inter nos et illos de Sancto Dionysio.

XXX. Carta abbatis et conventus Sancti Amandi super decimis et masuris apud Wodeke.

XXXI. Carte Senogiensis ecclesie super carragium decimarum de Caussines. (Item concordia facta de decimis animalium et lanarum xxxviii.)

XXXII. Arbitrium inter nos et Curtracenses super decimis de Vergheilempolre et ligatur cum ista procuratio utrumque partium.

XXXIII. Concordia inter nos et abbatem Sancti Gislens de decimis de Nova-Villa (parvi valoris).

XXXIV. Concordia inter nos et abbatissam de Gillenghien et presbiterum de Herchies de quibusdam decimis in parrochia de Herchies.

XXXV¹. Carta pace facta inter nos et ecclesiam de Hasnon super quibusdam terris et redditibus dudum in territorio Nove-Ville acquisitis.

XXXVI. Carta domini abbatis de Camberone. (De concordia Curtracensi.)

XXXVII. Concordia inter nos et episcopum Cameracensem de Johanne de Heckes. Item vidimus cujus supra per abbates de Villari et Alna.

XXXVIII. Concordia inter nos et ecclesiam Sonegiensem.

XXXIX. Concordia inter nos et ecclesiam de Ghilenghien super decimis de Herchies.

XL. Item concordia inter nos et ecclesiam de Soingnies.

XLI. Carta episcopi Cameracensis de concordia inter nos et presbiterum de Melin.

XLII. Concordia inter nos et canonicos Condatenses super decimis de le Hamayde.

¹ Les pièces indiquées dans la table qui précède manquent dans le texte, à partir du n° XXXV.

CARTARUM DE CONCORDIA ECCLESiarUM.

I.

Carta abbatisse de Gillengien de decima de Helchies.

(Gillengien, mai 1219.)

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti, amen. Ego Maria Dei permissione abbatissa de Gillengien, totusque ejusdem ecclesie humilis conventus. Notum facimus universis tam presentibus quam futuris, quod donationem decimarum in parrochia nostra de Helchies, quas vir nobilis Walterus, dominus de Lens, divina inspiratione ductus, contulit ecclesie beate Marie de Camberone in elemosinam, ratam et gratam habentes, easdem decimas memorate Camberonensi ecclesie quiete et pacifice in perpetuum concedimus possidendas sub censu annuo xx^{ti} solidorum infra octavas sancti Remigii ecclesie nostre solvendorum. Ut autem hec concessio rata in perpetuum perseveret, presentem paginam conscribi fecimus, et eam tam sigilli nostri appositione, quam testium subscriptione confirmavimus. Hujus rei testes sunt, Hawidis priorissa, Elizabeth suppriorissa, Tiberga et Mathildis sorores, Sara de Nemore, Tiberga de Waverin, Elizabeth de Gandavo, Elizabeth de Lessines, Beatrix de Nova Villa, Elizabeth de Trasegnies, Maria de Baişin, Maria de Cameraco, Sibilia, et Yolendis sorores de Angre, sanctimoniales de Gillengien. Actum apud Gillengin anno ab incarnatione Domini M^o CC^o nono decimo, mense maii.

II.

Carta ejusdem de decimis de Lens, de Wanebeke, de Hoves, de parvo Aengien.

(Mai 1219.)

Ego Maria humilis abbatissa ecclesie beate Marie de Gillengien totusque ejusdem ecclesie conventus. Notum facimus universis tam presentibus quam futuris, quod nos omnes decimas infra parochias de Lens, de Wanebeke, de Hoves, de Parvo Aengien, excepta decima de Humbeke, ad ecclesiam nostram pertinentes concessimus ecclesie beate Marie de Camberone perpetuo possidendas, et si quis dictam ecclesiam de Camberone super hiis decimis molestare coram iudice vel inquietare presumpserit, nos ipsi legitimam garandiam prestare tenemur, et eam indempnem conservare. Preterea annuam pensionem quinque solidorum alborum solvere tenemur ecclesie beate Marie Cameracensis in festo beati Luce quam prefata ecclesia de Camberone pro decimis de Jurbise et de Herbisuel prius solvere tenebatur. In cujus rei testimonium presentem paginam sigilli nostri appensione fecimus communiri. Actum anno Domini M^o CC^o nonodecimo, mense maii.

III.

Carta Sancti Dionysii de conventionem decimarum nostrarum.

(Saint-Denis, 29 août 1225.)

Universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis, Marcellus Dei gratia Sancti Dionysii in Brockeroie dictus abbas, totusque ejusdem ecclesie conventus in perpetuum. Innotescat presentibus ac posteris, quod cum questio verteretur inter ecclesiam nostram ex una parte, et ecclesiam beate Marie de Camberon, Cysterciensis ordinis, ex altera, super quibusdam tam in majoribus quam in minoribus decimis in personatibus nostris acquisitis, bonorum virorum inducti consilio pro bono pacis composuimus

in hunc modum. Concessimus siquidem benigne divine remunerationis intuitu, de communi consensu omnium nostrorum, quod dicta ecclesia de Camberon omnes decimas a laicis seu quibuscumque personis eidem ecclesie collatas, specialiter in illis locis in quibus a detentoribus suis prius percepte fuerunt, videlicet in parrochiis de Hoves, de Beugardes, de Kenaste, de Hedegien, de Derniau, de Sancto Salvatore, et de Montigni, et in aliis quibuscumque locis in personatibus nostris constitutis; ubicunque possident, quiete deinceps ac pacifice in perpetuum possideant, reservato dumtaxat nobis jure in decima de Hoves, a domino Stephano milite quondam detentam, si nobis competat. Ad hec ecclesia de Camberon decimam de Naste in personatu nostro sita, communi consensu tam abbatis quam capituli interveniente, ecclesie nostre cessit ac perpetuo resignavit. Ut autem compositio ista et concessio rata et inconvulsa perpetuo perseveret, presentem paginam sigilli nostri appensione nobis et conventui nostro communis, duximus roborandam. Actum apud Sanctum Dionysium, anno dominice incarnationis M^o CC^o XX^o III^o, in decollatione beati Johannis-Baptiste.

IV.

Carta abbatis Sancti Gislени de concordia inter nos et ipsos.

(Baudour, 19 juin 1225.)

In nomine Dei Omnipotentis, Egidius Dei patientia dictus abbas, totusque Sancti Gislени conventus, universis tam presentibus quam futuris, presentem paginam inspecturis, eternam in Domino salutem. Universitati vestre significamus, quod cum inter ecclesiam nostram ex una parte, et ecclesiam de Camberone ex altera, super decimis novalium de Lens controversia haberetur, tandem pro bono pacis de communi assensu partis nostre ac sue, venerabiles viros magistros Gerardum decanum christianitatis in Cirvia, et Waltherum presbiterum de Monsteruel, sub pena XL^a librorum alborum arbitros elegimus, qui arbitrium benigne susceptum pertulerunt in hanc modum. « Universis presentem paginam inspecturis, G. decanus christianitatis in Cirvia, et magister W. presbiter de Monsteruel salutem in Domino. Cum inter ecclesias de Camberone ex una parte, et de

Sancto Gisleno ex altera, controversia verteretur, partes in nos de communi assensu compromiserunt sub pena XL^a librarum alborum. Nos autem controversiam ipsam arbitrando decidimus in hunc modum. In veteribus sartis de Lens, ecclesia Sancti Gisleni terciam partem, ecclesia de Camberone duas partes in perpetuum, percipient sicut prius; in novis vero sartis, videlicet in agris illis qui a nobili viro Waltero domino de Lens, ad culturam redacti sunt post terminum concilii generalis, ecclesia Sancti Gisleni duas partes, ecclesia vero de Camberone percipient terciam partem in perpetuum. Ita quod de cetero in terris sartandis in parrochia de Lens, ecclesia de Camberone nichil omnino percipiet decimarum. In omnibus autem aliis personatibus Sancti Gisleni, ecclesia de Camberone eandem percipiet portionem decimarum, que ad presens percipit. Ita quod in terris de cetero sartandis in omnibus personatibus Sancti Gisleni ecclesia de Camberone nichil omnino poterit reclamare decimarum, vel etiam decimas acquirere in eisdem, nisi de consensu abbatis et conventus Sancti Gisleni. Et propter hec que predicta sunt ecclesia de Camberone reddet tres solidos Hainoensis monete ecclesie Sancti-Gisleni, nomine census perpetui, in nativitate Sancti Johannis-Baptiste annuatim solvendi. Verumtamen de consilio jurisperitorum, non de rigore sed de equitate, adjecimus pro bono pacis, quod si de cetero in personatibus Sancti Gisleni decimam aliquam ecclesie de Camberone conferri contigerit in puram elemosinam, ecclesia de Camberone tres partes, ecclesia vero Sancti Gisleni quartam partem in eadem decima habebit. Ita quod utraque ecclesia pro quantitate portionis sue teneatur donatori precibus suis suffragari. Nos igitur prefato arbitrio provide prolato et ordinato, adherere volentes, in eorum que dicta sunt perpetuum robur ac fidele testimonium, paginam istam conscribi fecimus, ipsamque ecclesie Camberonensi tradidimus, sigillorum nostrorum appensionibus nec non et sigillis eorundem arbitratorum roborata. Hujus rei testes sunt hii: dominus Egidius prior, Stephanus quondam prior, monachi de Sancto Gisleno. Item Servatius, Albricus, et Achardus, monachi Camberonenses. Item Johannes de Baudor, Gillenus de Waimes, et Jacobus de Quarignon, presbiteri. Itemque magistri Nicholas de Montibus, Everardus de Cirvia, et Balduinus capellanus de Baudor. Actum sollempniter apud Baudor, anno Verbi Incarnati M^o CC^o XX^o quinto, mense junio, feria quinta ante Nativitatem sancti Johannis-Baptiste. »

V.

*Littere G. decani de Cirvia et W. presbiteri de Monsteruel
arbitrorum, de eodem.*

(19 juin 1225.)

Universis presentem paginam inspecturis, G. decanus christianitatis in Cirvia, et magister W., presbiter de Monsteruel, salutem in Domino. Cum inter ecclesias de Camberone ex una parte, et de Sancto Gisleno ex altera controversia verteretur, in nos communi assensu super notule confectione, sigillata sigillo abbatis Sancti Dionysii in Brokeroie, sub pena XL^a librarum alborum in nos compromiserunt. Nos autem notulam confectam decidimus in hunc modum. « In veteribus sartis de Lens ecclesia Sancti Gisleni terciam partem, ecclesia de Camberone duas partes in perpetuum percipiet sicut prius. In novis vero sartis, de quibus sequestrate erant decime, de consensu partium ecclesia Sancti Gisleni duas partes, ecclesia de Camberone terciam partem in perpetuum percipient, et in sequestratis similiter, ita quod de cetero in terris sartandis in parrochia de Lens ecclesia de Camberone de cetero nichil omnino percipiet. Similiter in aliis personatibus ecclesia de Camberone eandem percipiet portionem, quam ad presens percipit, ita quod in terris de cetero sartandis in personatibus Sancti Gisleni nichil omnino poterit reclamare vel etiam decimas acquirere in eisdem, nisi de consensu abbatis et conventus Sancti Gisleni, et per hec que predicta sunt ecclesia de Camberone reddet tres solidos ecclesie Sancti Gisleni Hanoniensis monete nomine census perpetui, in natali sancti Johannis-Baptiste, habito etiam jurisperitorum consilio super hiis, non de rigore sed de equitate, pro bono pacis inter dictas ecclesias ita duximus ordinandum, quod si de cetero in personatibus Sancti Gisleni, ecclesie de Camberone decimam aliquam, in puram elemosinam conferri contigerit, ecclesia de Camberone tres partes, ecclesia Sancti Gisleni quartam partem percipient, ita quod utraque ecclesia pro quantitate portionis sue teneatur loganti precibus suis suffragari. Testes hujus rei, dominus Egidius abbas de Sancto Gisleno, Egidius prior ejusdem loci, Stephanus quondam prior inibi, Servatius, Albricus, et Achardus, monachi Camberonensès,

Johannes de Baudor, Gillenus de Waines, Jacobus de Quaregnon, presbiteri, et magistri Nicholaus in Montibus, et Everardus de Cirvia, et Balduinus capellanus de Baudor. Actum anno Domini M^o CC^o XX^o V^o, mense junio, feria quinta ante Nativitatem beati Johannis-Baptiste. »

VI.

Compositio Lieciensis ecclesie super decimis de Ath, de Wanesbeke et de le Hamaide.

(Herimelz, 28 février 1226.)

Thomas Dei patientia abbas Lieciensis totusque ejusdem loci conventus, universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Noveritis quod cum cause mote essent inter nos ex una parte, et abbatem et conventum Camberonenses ex altera, super decimis videlicet de Ath, de Wanebeke, et de la Hamaide, in personatibus ecclesie nostre Lieciensis constitutis, tandem nos de communi consensu nostre et dicte Camberonensis ecclesie in viros venerabiles Gerardum de Cirvia et Gobertum de Atre, presbiteros super his conpromisimus. Ita videlicet quod quicquid idem presbiteri de consilio viri venerabilis domini Johannis de Carn...., canonici Senogiensis, assessoris eorum ad hec specialiter electi, de communi consensu partium per sententiam dicerent, vel componendo ordinarent, vel arbitrando pronuntiarent, a nobis firmiter debeat observari, pena centum librarum alborum apposita, parti observanti dictum ipsorum, vel ordinationem sive arbitrium ipsorum, a parte que ab his resiliaret solvendarum. Cum autem processu temporis ipsi dicti arbitri super premissis arbitrando dictum suum per sententiam protulissent, nos dictum ipsorum sicut protulerunt, et in carta ipsorum arbitratorum inde confecta, et sigillis suis corroborata continetur, ratum habemus et gratum, et ad tenendum in perpetuum ipsum sub pena pretaxata nos obligavimus. In cujus rei testimonium appensione sigillorum nostrorum presens scriptum roboratum, dicte Camberonensi ecclesie duximus conferendum. Actum apud Herimez sabbato ante *Esto michi* anno Domini M^o CC^o XX^o VI^o.

VII.

Sigilla G. de Cirvia et Goberti presbiteri de Atre arbitrorum de eodem.

(Herimelz, 28 février 1226.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis, Gerardus de Cirvia et Gobertus de Atre, presbiteri, salutem in Domino. Universitati vestre duximus intimandum, quod cum cause verterentur inter venerabiles viros abbatem et conventum Lietiense ex una parte, et abbatem et conventum Camberonenses ex altera, super decimis videlicet de Ath, de Wasnebeke, et de le Hamaide, in personatibus ecclesie Lietiense constitutis, tandem dicte partes, abbates et conventus Lietiense ex una parte, et abbas et conventus Camberonenses ex altera, in presentia nostra constitute, in nos super predictis compromiserunt, ita videlicet quod quicquid nos de consilio viri venerabilis domini Johannis canonici Senogiensis, assessoris nostri ad hoc specialiter et de consensu partium electi aliorumque prudentum virorum per sententiam dicemus vel componendo ordinarimus vel arbitrando pronuntiarem a partibus firmiter debebat observari, pena centum librarum alborum apposita parti observanti dictum nostrum vel ordinationem seu arbitrium prolatum a parte que ab hiis resiliet solvendarum, et cum infra Purificationem beate Virginis proxime positam debuissemus dictum nostrum super dicto arbitrio protulisse, nisi de communi partium consensu terminus esset prorogatus, nos infra prorogationem termini a partibus dictis acceptatam, habito super hoc prudentum virorum consilio et juxta equitatem, pro posse nostro et bono pacis procedentes, dictum nostrum protulimus in hunc modum, quod ecclesia Lietiense a tempore dicti prolati minutas decimas, videlicet feni, seminalium, fructuum, arborum et hortorum in dictis parrochiis provenientium cum omni integritate percipiet in perpetuum, nulla portione super hiis ecclesie Camberonensi reservata, nisi forte in terris illis que prius ecclesie Camberonensi per frugum perceptionem fuerant decimales. Diximus etiam quod cum ecclesia Camberonensis prius tenetur ecclesie Lietiensi in quatuor solidis alborum censualiter solvendis annuatim, in duobus infra octavas

beati Johannis-Baptiste et in aliis duobus infra octavas beati Remigii, in domo ecclesie Lietensis apud Ath, et ex alia causa decem solidos alborum dictis quatuor solidis duximus ad incrementum census adjungendos in perpetuum, dicto termino, videlicet infra octavas beati Johannis-Baptiste et loco prenomiuato ab ecclesia Camberonensi persolvendos. Et cum talis census augmentatione arbitrando diximus quod quicquid ecclesia Camberonensis in dictis parrochiis ecclesie Lietensis personatus adquisierat usque ad tempus arbitrii nostri, sic prolati licite possideat, in perpetuum et quiete, pactis prioribus inter ecclesias dictas prius initis, de cetero firmiter observandis, et partes tenentes dictum nostrum per sigilla sua confirmare et ad invicem litteras suas inde conferre. In cujus rei testimonium presentes litteras sigillorum nostrorum munimine roboravimus. Actum apud Herimez, sabbato ante *Esto michi*, anno Domini M^o CC^o XX^o VI^o.

VIII.

Carta de compositione facta inter nos et ecclesiam Hasnoniensem.

(2 octobre 1227.)

Universis Christi fidelibus ad quorum noticiam presens scriptum pervenerit. Nos Walterus dictus abbas et conventus Hasnoniensis ex una parte, et nos frater Sygerus dictus abbas et conventus Camberonenses ex altera, notum facimus quod cum inter nos per longum tempus controversia verteretur super acquisitione quarundam terrarum in territorio Nove Ville sitarum et earum investituris et modis acquirendi, tandem communicato bonorum virorum consilio in hanc formam pacis convenimus: quod nos, abbas videlicet et conventus Camberonensis, illa duo bonaria terre que acquisivimus ab Yvone milite de Nova Villa pro quorum utroque debemus ecclesie Hasnoniensi quatuor denarios Valencenenses, singulis annis in festo sancti Remigii persolvendos, et alia quinque bonaria, que titulo emptionis acquisivimus a Pagano de Rodio, habemus et cum illis possumus adhuc acquirere viginti tria bonaria in dicto territorio, ita quod summa totius acquisitionis erit tantum triginta bonariorum et non major, infra territorium ecclesie Hasnoniensis utriusque sit, nisi ecclesia Hasnoniensis suum

nostre acquisitioni prebuerit assensum. De hiis autem viginti tribus bonariis acquirendis hoc modo inter nos convenimus, quod pro singulis bonariis pro quibus antea solvebantur viginti duo denarii Valencenenses, pro eis solvemus dicte ecclesie in festo sancti Remigii duos solidos Valencenensis monete, quod et de quinque bonariis acquisitis a Pagano intelligendum est. Si autem in illis viginti tribus bonariis acquirendis aliquod vel aliqua bonaria, pro quibus antea viginti duo denarii non solvebantur, acquisita fuerint, solitum annum censum vel redditum persolvemus. Verum a dictis quinque bonariis a sepedicto Pagano acquisitis excipitur mensura journalis terre pro qua solvemus singulis annis ad Natale sextarium avene et unum caponem, secundum antiquam consuetudinem. Per has autem solutiones suprascriptas liberi sumus penitus et absoluti ab omni sordido munere et omni exactione ecclesie indecente, et de hiis supradictis debet ecclesia Hasnoniensis ecclesiam Camberonensem garantire. Verum licet acquisitio Camberonensi ecclesie restricta sit in triginta bonariis terre, sicut suprascriptum est, tamen si alicubi in territorio Hasnoniensis ecclesie aliquis fundus nobis fuerit titulo elemosine inter vivos donatus, sive tanquam legatum relictus, predictam donationem sive legatum poterimus percipere et jure habere, ita tamen quod ecclesia Hasnoniensis quintam partem in predictis donationibus seu legatis habeat et de jure possideat. Nos autem pro quinta parte quam percipiet Hasnoniensis ecclesia nichil omnino sive censum sive redditum persolvemus. De portione vero que penes nos remanebit, censum sive redditum, sicut suprascriptum est, solvere tenemur. Ad investituram vero totalis acquisitionis facte et faciende conversus noster ad presentationem nostram pro tempore a majore et scabinis Nove Ville libere recipietur, et converso mortuo vel remoto, alius secundum antiquam consuetudinem ville debet investiri, et hoc idem observabitur in investituris fundorum nobis utriusque in territorio Hasnoniensi legandorum vel donandorum, conservata consuetudine locorum. Ad hec sciendum quod inter nos et supradictam ecclesiam Hasnoniensem, in hoc unanimiter consensus est, quod quotiescunque altera ecclesiarum a supradictis conventionibus resilierit, alteri quinque solidos Valencenenses, nomine pene, per dictum scabinorum persolvat. Hec autem omnia suprascripta, salva per omnia Hasnoniensis ecclesie justicia et in nullo diminuta, sunt intelligenda. Ut autem hec forma pacis rata permaneat

in perpetuum et inconcussa, nos abbas et conventus Hasnoniensis presentem cartam sigillorum nostrorum munimine cum appensione sigilli venerabilis viri Marcelli abbatis Sancti-Dyonisii in Brokeroia dignum duximus roborandam. Actum anno Domini M^o CC^o XX^o VII^o, in crastino sancti Remigii.

IX.

Carta de pace inter nos et ecclesiam Sancti Amandi in Pabula.

(1227.)

Universis presentes litteras inspecturis, W. abbas et conventus Sancti Amandi in Pabula, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod cum quedam controversia verteretur inter nos ex una parte et ecclesiam de Cambron ex altera, super decimis et rebus aliis in parrochia de Woudeke, tandem inter nos amicabiliter convenimus, quod decime pomeriorum et novalium ad ecclesiam Sancti Amandi jure patronatus integre pertinebunt, et fructus decime cujusdam terre quod vocatur Huberti campus, que est ad divisionem Calecie, ad ecclesiam Sancti Amandi pertinebunt. In duobus autem aliis annis, si fuerint fructus, ad ecclesiam de Cambron pertinebunt. De residuis autem decimis tam in blado et avena, quam in pratis et grano alio, ecclesia de Cambron duas partes, et ecclesia Sancti Amandi terciam, sicut hucusque quiete et pacifice perceperunt, percipient. Quod ut certius habeatur presentem paginam sigillorum nostrorum appensione duximus roborandum. Actum anno Domini M^o CC^o XX^o septimo.

X.

Compositio decime de Woudeke inter nos et ecclesiam Sancti Amandi.

(10 novembre 1234.)

Universis presentes litteras inspecturis magister J. de Bethunia, canonicus Cameracensis, et N. de Atre, salutem in Domino. Universitati vestre significamus, quod cum cause verterentur inter abbatem et conventum

de Camberone, ex una parte, et abbatem et conventum Sancti Amandi in Pabula, ex altera, coram iudicibus Nivellensibus, et e converso coram iudicibus de Nongento auctoritate apostolica, super valorem tercię partis decime de Wodeke, et continentia tercię partis, videlicet spectantis ad ecclesiam Sancti Amandi in Pabula, et super spoliatione quarundam garbarum, et hac ex parte ecclesie Camberonensis, ex parte vero ecclesie Sancti Amandi, super spoliatione quarundum garbarum. Tandem dicti abbas et conventus de Camberone, et dictus abbas Sancti Amandi rogarunt nos quantum poterant quatinus in negotio dicto, super quo etiam fuerat compromissum, et veritate secundum formam compromissi diligenter inquisita, quo citius possemus procederemus, ratum habentes et acceptum quicquid in dicto negotio compositione amicabili, vel iudicio duxerimus ordinandum, et hoc sub pena in litteris compromissionis contenta, videlicet centum librarum Flandrensium. Nos vero dictorum precibus adquiescentes pro bono pacis, et ut partium parcatur laboribus et expensis, dicto negotio et processu negotii diligenter inscripto, habito prudentum consilio, inter dictas partes ita duximus ordinandum, quod ecclesia Sancti Amandi, quotiens suo tercio anno percipit decimam in quarterio Calecie, eidem quarterio debent cedere, Huberti campus, Walteri campus, Petri campus, parvus Petri campus, et cultura del Huis. In quibus etiam campis ecclesia Sancti Amandi, dicto tercio anno decimam percipere debet. In duobus vero annis sequentibus, videlicet annis quibus decima dicti quarterii Calecie spectat ad ecclesiam Camberonensem, eisdem annis percipiet ecclesia Camberonensis decimam in Huberti campo et aliis campis nominatis. Et sic quotiescunque ecclesia Camberonensis percipit decimam in quarterio Calecie, percipere debet in Huberti campo cum aliis appenditiis. Eadem quoque ratione Huberti campus cum appenditiis dictis, semper cedit quarterio Calecie. In tribus etiam culturis abbatis de Ende, ubi sunt circiter viginti octo bonaria, habet ecclesia Camberonensis duas garbas decime, trium bonariorum tantummodo. In terra domini Willelmi de Vadis et suorum participum, que jacet inter Vadum et Quercetum, que continet circiter decem bonaria, nichil habet ecclesia Camberonensis. In myrica cultura, circiter novem bonariorum, habet ecclesia Camberonensis duas garbas decime, ecclesia Sancti Amandi terciam. In quatuor bonariis vel circiter, inter Quercetum et le Cierisier, nichil

habet ecclesia Camberonensis. In terra quam acquisierunt dominus Willelmus et presbiter, videlicet in viginti octo bonariis terre vel circiter, jacentis inter Quercetum et Escaubeke, nichil habet ecclesia Camberonensis. In Pitertsart, in tribus jornariis in quarterio de Querceto nichil habet ecclesia Camberonensis. In terra propria Sancti Amandi, circiter in sex bonariis tam prati quam terre, nichil habet ecclesia Camberonensis. In novalibus etiam post concilium et in gardinis, nichil habet ecclesia Camberonensis. Hoc addito quod de numero bonariorum vel mensurarum terre, nolumus in aliquo fieri prejudicium ecclesie Camberonensi, et istud inquisitioni legitime reservamus. Garbe autem posite in sequestro erga dominum Willelmum de Vadis, ecclesie Sancti Amandi deliberande sunt. Si quid autem in dicto negotio fuerit questionis, nos de consensu procuratorum partium, nobis usque ad Natale Domini reservamus declarandum. Et quia ego sigillum proprium non habeo, sigillo dicti J. de Bethunia contentus sum. Actum anno Domini M^o CC^o tricesimo quarto, in vigilia beati Martini.

XI.

Sigillum officialis Cameracensis quod decima de Ronkieres nobis adjudicata sit.

(8 mars 1227.)

Omnibus tam presentibus quam futuris Jacobus de Bethunia, canonicus et officialis Cameracensis, in Domino salutem. Noverint universi quod cum procurator Camberonensis ecclesie petiisset in judicio coram nobis ab hospitali Nivellensi sibi reddi decimam triginta sex bonariorum terre site in territorio de Ronkieres, dicens fratres dicti hospitalis ea injuste occupasse, cum de jure communi quod habet in predicta villa ecclesia de Camberone, propter jus patronatus, omnes decime ejusdem territorii, spectent ad ecclesiam memoratam; ex adverso a procuratore dicti hospitalis fuit responsum, quod supra dictam decimam, quadraginta annis vel amplius ipsam possideret hospitale, et ipsum hospitale prescriptione quadragenaria dixit se esse tutum; lite igitur super hoc contestata sollempniter coram nobis, prestito ab utraque parte de calumpnia sacramento,

auditis positionibus et responsionibus, testibus receptis in forma ecclesie et examinatis diligenter, nec non et instrumentis hinc inde exhibitis in iudicio consideratis et inscriptis, secundum allegata ab utraque parte, die ad proferendam definitivam sententiam de consensu partium super hoc assignata, habito etiam juris peritorum consilio, per definitivam sententiam, decimam dictorum triginta sex bonariorum terre ecclesie Camberonensi adjudicavimus, ipsum hospitale eidem ecclesie in viginti libras Parisienses pro expensis factis occasione dicte litis, declaratis per iuramentum procuratoris ipsius ecclesie, nichilominus condemnantes. In cuius rei testimonium presentes litteras sigillo sedis Cameracensis fecimus roborari. Actum anno Domini M^o CC^o XX^o septimo, sabbato post illam dominicam qua cantatur *Reminiscere*.

XII.

Sigillum abbatisse Nivellensis de concordia inter nos et fratres hospitalis Nivellensis.

(Cambrou, août 1228.)

H. Dei gratia Nivellensis abbatissa, Y., prepositus, S. decanus, totumque Nivellensis ecclesie capitulum, universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis, salutem in perpetuum. Universitati vestre notum fieri volumus quod cum inter ecclesiam Camberonensem, ex una parte, et fratres hospitalis Sancti Nicholai in Nivella, ex altera parte, querela verteretur super quadam decima cujusdam terre que dicitur de Coutures, jacentis in territorio de Ronkieres, circiter triginta sex bonariorum terre, tandem bonis viris mediantibus, de communi assensu utriusque partis, pax inter eas penitus est in hunc modum reformata, quod ecclesia Camberonensis medietatem decime predicte terre in perpetuum recipiet, fratres autem predicti hospitalis, reliquam partem in perpetuum recipient, sub annuo censu duodecim denariorum alborum supradicte ecclesie Camberonensi, in Nativitate Domini persolvendorum. Ita tamen quod in predicto decimatu fratres supradicti hospitalis de cetero nichil amplius poterunt reclamare, nec in personatu de Ronkieres, quod ad jus ecclesie Camberonensis

pertineat, sine consensu ipsius ecclesie aliquid acquirere. Et per hanc formam pacis omnes querele, quae inter memoratam Camberonsensem ecclesiam et fratres predicti hospitalis erant occasione hujus litis, penitus sopite sunt et pacificate. Et ut hoc ratum in perpetuum perseveret, ad petitionem fratrum sepedicti hospitalis, quum proprium sigillum non habent, presentes litteras appensione sigilli nostre ecclesie Nivellensis roboratas, ecclesie Camberonensi tradidimus conservandas. Actum apud Camberonenses, infra octavas Assumptionis beate Marie Virginis, anno Domini M^o CC^o XX^o octavo.

XIII.

Compositio super decima de Parvo Aengien.

(1250.)

Nos Sygerus, beate Marie Camberonensis, et Marcellus, beati Dyonisii in Brokeroia, divina permissione abbates, et conventus ecclesiarum predictarum, universis predictas litteras inspecturis, salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod cum questio verteretur inter dictas ecclesias nostras super quibusdam decimis tam majoribus quam minutis, sitis in parochia de Parvo Aengien, tandem mediantibus bonis viris, hujusmodi compositio inter nos intercessit, quod dicta ecclesia beati Dyonisii dictam decimam de voluntate et consensu dicte Camberonensis ecclesie libere possidebit in perpetuum, nullo jure ecclesie beate Marie de Camberone in tota decima de Parvo Angien reservato. Si quicquid juris, in tota decima de Parvo Angien hactenus habuit, ecclesie beati Dyonisii in Brokeroia penitus et ex toto cessit, in cujus decime recompensationem dicta ecclesia beati Dyonisii dare tenetur in perpetuum dicte Camberonensi ecclesie annuatim quatuor modios ad mensuram de Cirvia medietatem duri melioris bladi decime de Montigni, et aliam medietatem avene melioris, percipiendas in fructibus decime de Montigni, quas etiam possidet dicta ecclesia beati Dyonisii, in parochia de Montigniaco, infra octavas Purificationis beate Virginis quolibet anno; si vero dicta ecclesia beati Dyonisii decimam quam possidet apud predictum locum de Montigniaco mutare, vendere, vel aliquo alio modo alienare voluit quousque

de dictis quatuor modiis fuerit dicta Camberonensis ecclesia sufficienter assignata et assecurata, nequaquam vendere potest, mutare, ecclesia beati Dyonisii supradicta bona sua vel aliquo modo alienare. Si vero, quod absit, elapso termino faciende solutionis, ecclesia beati Dyonisii in facienda solutione dictorum quatuor modiorum negligens extiterit, post secundam monitionem ecclesie factam, testibus ad hoc evocatis, ex tunc ecclesia de Camberone nullo privilegio, nulla contradictione obstante, de bonis nostris apud Baulengien, quatuor modios supradictos equipollentes pro voluntate sua accipere poterit, nec de ipsa ecclesia beati Dyonisii memorata vel ad secularem justiciam seu ad judicem ecclesiasticum questionem deponere vel ipsam in causam trahere valebit. Per hanc vero compositionem amicabilem nos abbas et conventus beati Dyonisii in parrochiis pertinentibus ad nos, videlicet de Hoves, de Wedengien, de Kenaste, de Biergues-sinnes, et in omnibus aliis parrochiis in quibus dicta ecclesia Camberonensis decimas acquisivit, eandem portionem quam in majoribus decimis actenus habuit, eandem portionem in omnibus illis locis in quibus decimas acquisivit, tam in sartis, a tempore generalis concilii Lateranensis a domino Innocentio celebrati, quam in novalibus ex tunc usque in presenti excultis concessimus dicte ecclesie Camberonensi liberaliter et absolute in perpetuum percipiendam. De his vero novalibus seu nemoribus ad agriculturam postmodum redactis seu in posterum redigendis, ecclesia de Camberone nichil, prout deductum est in compositione, in perpetuum percipere quoquomodo valebit. Datum anno Domini M^o CC^o XXX^o.

XIV.

Carta ecclesie Lobiensis de decima de Soradenges et de Parrance.

(Février 1256-1257.)

Universis presentibus et futuris. Abbas et conventus Lobiensis in perpetuum. Universitati vestre notum facimus quod cum Franco de Akrene decimam totalem, quam a domino de Bevrene apud Saradenges et apud Parranche detinebat in feodum, ecclesie Camberonensi in puram libera-

liter contulit elemosinam. Balduinus quoque de le Duche qui de eadem decima prefato domino de Bevrene homagium de facto prestiterat, in eadem decima per iudicium hominum prefati domini subintrando, dictam collationem dicte decime, prenominate ecclesie Camberonensi a dicto Francone factam, presente dicto domino de Bevrene, a quo dicta decima possidebatur in feodum, de assensu ipsius domini, evocatis ad hoc sufficienter hominibus prefati domini qui propterea fuerant evocandi, laudavit et approbavit quicquid juris insuper in prefata decima habuerat et habebat vel habere poterat, eidem ecclesie nichilominus conferendo. Nos vero collationibus antedicte decime antedicte ecclesie Camberonensi factis, per aliquantulum temporis contradicentes, dictam ecclesiam Camberonensem super decima dicta molestando et inquietando, dicentes eandem decimam ad nos de jure communi pertinere, postmodum sano freti consilio, ecclesie Camberonensi jamdicte, collationes dicte decime antedictas eidem factas laudantes et approbantes, eandem decimam dicte ecclesie Camberonensi concessimus et adhuc concedimus, deinceps in perpetuum quiete et pacifice ab eadem ecclesia Camberonensi possidendam, ita tamen quod ratione decime antedicte, ecclesia Camberonensis nobis annuatim¹ ad censum decem solidorum alborum seu Flandrensiu legalium in Nativitate beati Johannis Baptiste persolvendorum in perpetuum remanebit obligata. Ut autem omnia ante dicta rata et firma in perpetuum permanent, presentem paginam sigillorum nostrorum munimine dicte ecclesie Camberonensi tradidimus roboratam, renuntiantes expresse restitutioni in integrum, exceptioni minus justii pretii, et omni auxilio juris tam canonici quam civilis, nunc vel in posterum, super decima antedicta nobis competenti. Actum anno Domini millesimo ducentesimo sexto, mense februario.

¹ *En marge est écrit* : Et pro terra de Hembise scripta est post xi^m cartam de Camberonc, et sic tenemur in xii solidis alborum in carta que tenemur eis in xxii solidis alborum.

XV.

Compositio super decimis in personatu ecclesie Aquiscinctensis constitutis.

(Mars 1256-1257.)

Universis presentem paginam inspecturis, Willelmus de Aquiscincto et Balduinus de Camberone abbates et ipsarum ecclesiarum conventus, salutem in Christo. Si contentiones et lites de quibus rancores et odia sepius oriuntur, a quibuscunque fidei christiane cultoribus sunt vitande, multo debent sollertius vitari ab illis qui se filios summe pacis voto, vita et habitu profitentur. Propterea modernis et posteris volumus esse notum, quod cum inter nostras ecclesias contentio mota esset et coram iudicibus a sede apostolica delegatis frequentius agitata, super quadam portione decime site infra terminos parrochie de Gage, itemque super alia portione decime consistentis infra parrochiam de Frasne, quas utique portiones nos abbas et conventus de Camberone tenebamus et a priscis temporibus dicebamus ad ecclesiam nostram legitime et per elemosinam devolutas, consentiente insuper dyocesano episcopo, suumque consensum sollempnibus litteris more debito confirmante; nobis autem abbate et conventu Aquiscinctensibus asserentibus ex adverso, quod cum prefate decime infra parrochias ad nos jure patronatus spectantes consistant, dicti abbas et monachi de Camberone eas acquisierant sine nostro consensu, et tam istis quam aliis rationibus in nostrum prejudicium easdem ut dicebamus, tenebant, tandem mediantibus et ad hoc bona fide laborantibus bonis viris, et maxime viro venerabili Willelmo, abbate Sancti Authberti Cameracensis, qui profectum et pacem utriusque ecclesie affectabant, talis inter nos compositio facta fuit, quod nos abbas et conventus de Camberone decimas supradictas perpetuo in pace tenebimus et ecclesie Aquiscinctensi pro bono pacis et recognitione juris parrochialis quod habet in locis predictis, reddemus in perpetuum, annuatim infra octavas Nativitatis beate Marie, decem solidos Flandrensis monete. Promisimus insuper bona fide ipsi Aquiscinctensi ecclesie quod infra parrochias pertinentes ad eam, decimas de cetero peremptionem vel impignorationem minime acquiremus, nisi prius petito et

obtento consensu ipsius. Volentes autem hec omnia in perpetuum firma esse, factum inde cyrographum nostris roboravimus ad perpetuam memoriam sigillis. Dictus etiam abbas Sancti Authberti qui fuit, ut dictum est, inter nos mediator, suum similiter apposuit ad nostram petitionem sigillum. Actum anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo sexto, mense martio.

XVI.

Sigillum domini E. de Aengien de conventionem inter ecclesiam Camberonensem et presbyterum de Papengien.

(Mai 1242.)

Ego Engelbertus, dominus de Aingien, et ego decanus de Hal, universis presentes litteras visuris salutem in Domino. Noveritis quod cum lis et discordia verteretur longa inter ecclesiam Camberonensem, ex una parte, et, L., presbyterum de Papengien ex altera, super eo quod dicta Camberonensis ecclesia a dicto presbytero petebat eandem partem, scilicet duas partes decime in terris, pomeriis, hortis, novalibus a tempore quo inceperunt dicti Camberonenses possidere in parochia de Papengien decimas et in pluribus aliis terris sitis in dicta parochia, de quibus omnibus petebant duas partes decime dicti Camberonenses, tandem mediante consilio nostro et aliorum proborum virorum, facta fuit pax inter partes dictas, que talis est quod Camberonensis ecclesia duas partes decime tam novarum terrarum quam veterum et omnium pomeriorum nunc vel in posterum faciendorum habeat pacifice inter terminos suos parrochie de Papengien, hoc excepto quod dictus L. presbyter habeat pacifice et percipiet totam decimam undecim bonariorum terre arabilis veteris, que vocatur terra Ade militis, prout predecessores sui legitime perceperunt, et habeat dictus presbyter medietatem decime sarti domini Cadroni militis ad presens sartati, et de omnibus aliis decimis tam presentibus quam futuris habeat Camberonensis ecclesia duas partes infra terminos suos dicte parrochie. Omnia predicta juravit dictus presbyter, fide interposita in manu nostra se servaturum, et dictus abbas Camberonensis et conventus procurator

omnia ista laudaverunt, et nos sigillum nostrum presentibus ad instantiam partium apposimus. Ego vero presbyter de Papengien omnia premissa prout expressa sunt laudo et approbo, et presentibus litteris promitto me servaturum, et obligo me et mea naturaliter et civiliter ad observationem predictorum, et nos similiter Camberonenses. In cujus rei testimonium presentes litteras ad petitionem partium partibus sigillorum nostrorum dedimus roboratas. Datum anno ab incarnatione Domini M^o CC^o XL^o secundo, mense maio.

XVII.

*Sigillum officialis Cameracensis de controversia inter nos et ecclesiam
Sancti-Sepulchri in Cameraco.*

(26 janvier 1251.)

Universis presentes litteras inspecturis, prepositus Senogiensis canonicus et officialis Cameracensis salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod cum ecclesia, videlicet abbas et conventus, Sancti-Sepulchri Cameracensis abbatem et conventum de Camberone coram nobis auctoritate ordinaria traheret in causam, petitiones suas contra dictos abbatem et conventum de Camberone ediderunt in hunc modum: — « Officialis Cameracensis decano christianitatis de Cirvia salutem. Ex conquestione abbatis et conventus Sancti-Sepulchri Cameracensis accepimus, quod abbas et conventus de Camberone quasdam decimas dictorum abbatis et conventus Sancti-Sepulchri lanarum et agnorum minus juste et sine causa rationabili ceperunt, et detinent occupatas in prejudicium et gravamen non modicum dictorum abbatis et conventus. Unde cum ipsi abbas et conventus parati sint stare jurisdictioni coram nobis adversus omnes de se conquerentes, et nos omnibus de ipsis conquerentibus parati sumus justice complementum exhibere, vobis auctoritate domini Cameracensis precipiendo mandamus quatinus dictos abbatem et conventum de Camberone moncatis ut infra septem dies post nostram monitionem, dictas decimas ipsis abbati et conventui Sancti-Sepulchri restituant et delibarent sine custu et dampno. Quod si non fecerint ipsos ex tunc suspendatis

nisi causam coram nobis pretenderint rationabilem, quare hoc facere minime tenentur. Qua pretensa, citelis eos coram nobis Cameraci ad feriam quartam post festum beati Barnabe dictam allegaturos causam, et contra predictos abbatem et conventum quantum debuerint juri parituros, et quid inibi feceritis, nobis rescribatis. Datum anno Domini M^o CC^o L^o, dominica post octavas Trinitatis: Reddite litteras. » — Constitutis in jure coram nobis procurator abbatis et conventus Sancti-Sepulchri Cameraci ex una parte, et procurator abbatis et conventus Camberonensium ex altera, dixit procurator dictorum abbatis et conventus Sancti-Sepulchri Cameracensis quod vertebatur litteris monitoriis per quas moniti fuerant dicti abbas et conventus de Camberone, ad instanciam dictorum abbatis et conventus Sancti-Sepulchri Cameracensis pro petitione. Hoc addito quod dictas decimas, de quibus fit mentio in dictis litteris, presenti scedule annexis, absportaverunt a villa de Brugeletes, in qua jus habent patronatus dicti abbas et conventus Sancti-Sepulchri Cameracensis. Hoc etiam addito quod dictis decimis absportaverunt dicti abbas et conventus de Camberon ad valorum sexaginta librarum parisiensium, de quibus petierunt dicti abbas et conventus Sancti-Sepulchri Cameracensis sibi satisfieri, et dictos abbatem et conventum de Camberone sibi condemnari in expensis in litteris factis et faciendis. Hec dicunt et petunt salvo jure addendi et cetera. Constitutus in jure coram nobis procurator abbatis et conventus Sancte-Marie de Camberone, ex altera, prestito juramento de calumpnia a dictis procuratoribus in causa quam movebant et moverant dicti abbas et conventus Sancti-Sepulchri contra predictos abbatem et conventum de Camberone, dixit et proposuit procurator dictorum abbatis et conventus Sancti-Sepulchri quod suspenso petitorio judicio, quod moverant ipsi abbas et conventus Sancti-Sepulchri contra predictos abbatem et conventum de Camberone, volebant habere recursum ad possessorium super hiis de quibus primo petitorium intemptaverant, suspenso petitorio quousque causa super possessorio terminaretur, et petiit dictus procurator se ad hoc admitti pro dictis abbate et conventu Sancti-Sepulchri qui ad hoc admissus a nobis libellum super possessorio edidit in hunc modum: Dicunt abbas et conventus Sancti-Sepulchri Cameracensis, nomine ecclesie sue, contra abbatem et conventum Camberonenses, quod cum ipsa ecclesia esset et diu fuisset in possessione vel quia percipiendi decimas agnorum

et lanarum infra limites et fines parrochie de Brugeletes, dicti abbas et conventus de Camberone propria auctoritate sua, minus juste et sine causa rationabili, in prejudicium ipsius ecclesie decimas lanarum et agnorum infra fines dicte parrochie absportaverunt vel absportari fecerunt et adhuc detinent absportatas, ipsam ecclesiam spoliando nec ipsam sua possessione..... gaudere permittendo. Quare petunt dicti abbas et conventus Sancti-Sepulchri, nomine ecclesie sue, dictos abbatem et conventum de Camberone ad hoc compelli quod eisdem ducentos agnos et mille vellera lane restituant pro dictis decimis lanarum et agnorum absportatis ut dictum est, cum tantum vel amplius absportaverint a duobus annis ultimo preteritis de decimis predictis in predicto, a finibus dicte parrochie de Brugeletes, et quod facta restitutione predicta dictam ecclesiam in posterum sua possessione percipiendi dictas decimas infra fines dicte parrochie gaudere permittant, et in hiis et in expensis in litteris factis et faciendis petunt dicti abbas et conventus Sancti-Sepulchri ipsos abbatem et conventum de Camberone sibi condemnari, salvo sibi juris in omnibus beneficio addendi et cetera. Tandem post multas altercationes, dicte partes per procuratores habentes per litteras partium predictarum componendi potestatem coram nobis constitute super hiis que dicti abbas et conventus Sancti-Sepulchri Cameracensis contra partem petebant adversam composuerunt in hunc modum : quod dicti abbas et conventus Sancti-Sepulchri Cameracensis recognoverunt in jure se nichil juris habere in predictis petitis prout petebant. Renuntiantes petitionibus antedictis in perpetuum, volentes et consentientes expresse in dicta compositione dicti abbas et conventus Sancti-Sepulchri quod dicti abbas et conventus de Camberone quociescunque voluerint de cetero infra fines parrochie de Brugeletes usque ad mille animalia lanam portentia dabunt ad nutriendum ad medietatem parrochianis de Brugeletes et mittere poterunt ibidem ad nutriendum ut dictum est, nec de sua portione hujusmodi animalium vel fructuum inde provenientium aliquas solvent decimas ecclesie Sancti-Sepulchri Cameracensis. Item promiserunt dicti abbas et conventus de Camberone per dictum procuratorem suum quod ultra numerum antedictum aliquas oves in dicta parrochia non ponent de cetero nisi de voluntate dictorum abbatis et conventus Sancti-Sepulchri Cameracensis. Recognoscentes sibi a dicta ecclesia Sancti-Sepulchri Cameracensis satisfactum fuisse ad plenum super

viginti libras alborum pro expensis in lite factis a dictis abbate et conventu de Camberone contra ipsos abbatem et conventum Sancti-Sepulchri Cameracensis, tam coram nobis quam in curia Remensi, in qua curia Remensi causa predicta die ad diffiniendum partibus coram nobis assignata fuerit per appellationem delata. Promiserunt etiam dicte partes per eosdem procuratores dictam compositionem et omnia et singula que in presenti cedula continentur firmiter tenere et inviolabiliter in perpetuum observare, et ad hoc se obligaverunt sub pena centum librarum Parisiensium parti dictam compositionem tenenti a parte resiliente a dicta compositione reddendarum. In cujus rei testimonium et firmitatem perpetuam presentes litteras ad petitionem procuratorum predictorum sigillo sedis Cameracensis fecimus roborari. Datum anno Domini M^o CC^o quinquagesimo primo, in crastino conversionis sancti Pauli.

XVIII.

Sigillum abbatis et conventus Sancti-Sepulchri in Cameraco de quo supra.

(23 janvier 1251.)

Universis presentes litteras visuris, E., Dei permissione abbas Sancti-Sepulchri Cameracensis et conventus ejusdem loci, salutem in Domino. Noverint universi quod nos in causa quam movimus, tam in curia Cameracensi quam Remensi, contra viros religiosos abbatem et conventum de Camberone, dominum Johannem monachum nostrum latorem presentium nostrum constituimus procuratorem, dantes eidem J. procuratori potestatem et mandatum speciale componendi super eadem causa, transigendi et ordinandi, ratum habituri et firmum sub pena centum librarum Parisiensium a nobis ipsis abbati et conventui de Camberone reddendarum, si contraveniremus quicquid in dicta causa a dicto J. procuratore actum fuerit sive dictum. Quod omnibus sub sigillorum nostrorum testimonio volumus esse notum. Datum anno Domini M^o CC^o L^o primo, in die Conversionis sancti Pauli.

XIX.

Littere curati de Florezies quod nichil habet in duabus partibus decime novalium de Florezies.

(Décembre 1260.)

Universis presentes litteras inspecturis, G. curatus de Florsies, in Domino salutem. Cum questio mota esset inter nos ex una parte, et ecclesiam Camberonensem ex altera, super duabus partibus novalium de Florsies ad dictam ecclesiam ratione privilegii papalis pertinentibus, prout credimus, nos tandem deliberatione habita super hoc sufficienti communicatoque bonorum et juris peritorum consilio, constitit nobis in dictis duabus partibus novalium nos vel ecclesiam nostram de Florsies nullum jus habere a tempore privilegii predicti impetrati, propter quod in presentia abbatis, majoris ac sanioris partis conventus de Camberone cessimus liti, promittentes insuper fide et juramento interpositis quod de cetero contra dictam ecclesiam super predictis duabus partibus novalium nullam movebimus vel moveri procurabimus questionem. In cujus rei testimonium presentibus sigillum Nicholai decani christianitatis in Cirvia, una cum nostro, procuravimus apponi. Datum anno Domini M^o CC^o LX^o, mense decembri.

XX.

Compromissio super controversia inter nos et ecclesiam Sancti Gilleni.

(5 août 1265.)

Universis presentes litteras inspecturis, Walterus, divina permissione Sancti Gilleni, ordinis sancti Benedicti, frater J. de Camberone, Cysterciensis ordinis abbates et conventus locorum eorundem, salutem in Domino. Ea que judicio vel concordia terminantur firma debent et illibata persistere, et ne in recidive contentionis scrupulum relabantur expedit providere. Ea propter noveritis universi et singuli quod cum inter nos

super decimis animalium dictorum abbatis et conventus de Camberone infra personatus nostros existentium, orta esset materia questionis, eisdem Camberonensibus asserentibus se ad solutionem decimarum animalium seu nutrimentorum suorum que aliis concedunt nutrienda pro rata seu portione ipsos contingente non teneri, et hoc pretextu et ratione privilegiorum ordinis Cystericiensis ab apostolica sede indultorum, nobis abbate et conventu Sancti Gilleni, ratione juris communis, contrarium asserentibus. Tandem post multas altercationes hinc inde coram diversis partium conservatoribus habitas, bonorum usi consilio, in predictos sancti Gilleni et de Camberone abbates super hiis necnon et super expensis unanimiter extitit compromissum sub pena centum marcarum sterlingorum ad pondus Coloniense. Hac protestatione facta, ex parte dictorum Camberonensium, quod factum presens, quoad alia, privilegiis ordinis in nullo prejudicet, cum non intendant per factum presens eisdem privilegiis derogare. Forma autem compromissi talis est quod quicquid prenominati arbitratore seu arbitri qui etiam onus arbitrandi in se susceperunt ordinando seu arbitraliter sententiando duxerint statuendum, nos partes predictae irrefragabiliter observare tenebimur sub pena prenominata, alioquin pars que ab eorum ordinatione seu sententia resiliet penam incurreret memoratam parti alteri reddendam. Debet autem dictum arbitrium terminari infra dominicam in Ramis Palmarum, nisi terminus idem de partium fuerit prorogatus assensu. Similem litteram habet utraque pars. In cujus rei testimonium presentibus litteris sigilla nostra duximus apponenda. Actum et datum anno Domini M^o CC^o sexagesimo quinto in die Inventionis sancti Stephani.

XXI.

Arbitrium predictae compromissionis.

(... .. 1265.)

Universis presentes litteras inspecturis, W., Dei permissione Sancti Gilleni, ordinis beati Benedicti, et frater J de Camberone, Cystericiensis ordinis, abbates, salutem in Domino. Noveritis universi et singuli quod cum inter

nos et conventum locorum predictorum super decimis animalium seu nutrimentorum abbatis et conventus de Camberone infra personatus ecclesie Sancti Gilleni existentium, que aliis conferunt nutrienda, orta esset materia questionis, tandem post multas altercationes habitas coram diversis partium conservatoribus, in nos abbates predictos sub pena centum marcarum sterlingorum ad pondus Coloniense unanimiter extilit compromissum, prout in forma compromissi super hoc confecti plenius continetur. Nos itaque ad sopiendam hujusmodi materiam seu scrupulum questionis, onere arbitrandi suscepto pro bono pacis ordinande, pronuntiavimus et pronuntiando arbitraliter statuimus sub pena prenotata quod dicti abbas et conventus de Camberone infra dictos personatus Sancti Gilleni animalia seu nutrimenta habere et aliis committere nutrienda si velint, valeant usque ad summam dumtaxat sex millium ovium. De quarum media parte utpote pro rata seu portione ipsos exinde contingente pretextu privilegiorum ordinis Cisterciensis nulla decima exigi poterit ab eisdem, sed totaliter exinde decima eis cedit, de residua vero parte decima persolvetur. Si autem ultra dictam summam animalia ibidem commiserunt nutrienda, de eo quod excreverit dictam summam decima similiter persolvetur. Ab expensis autem in lite factis partes invicem absolvimus per ordinationem eandem. Hanc autem ordinationem partes predictae laudaverunt et acceptarunt, et sub pena predicta se observaturos promiserunt. Tenorem autem dicti compromissi presentibus ad cautelam de verbo ad verbum duximus adnotandum qui talis est. (*Suit l'acte qui précède*). In cujus rei testimonium, presentibus litteris sub cyrographo conscriptis sigilla nostra duximus apponenda. Actum et datum anno Domini M^o ducentesimo sexagesimo quinto, feria tertia post *Isti sunt dies*.

XXII.

Compromissum inter nos et ecclesiam Sancti Dyonisii in Brokeroie de decimis. (Diffinitio dicti compromissi totum comprehendens.)

(Décembre 1281.)

A tous chiaus ki ces presentes lettres veront et oront. Nous Willaumes, par le grasce de Dieu abbes de Saint Denise en Brokeroie, et tous li cou-

vens de cel meismes liu, del ordene Saint Benoit, de le dyocèse de Cambrai; et nous frere Hues appieles abbes de Camberon et tous li couvens de cel meismes liu, del ordene de Cystiaus, de le devant dite dyocese, salus en notre Seigneur. Nous faisons savoir a tous ke cum il ait este debas et pluseurs questions aient este meutes entre nous de Saint Denise dunc part, et nous de Camberon dautre part, de aucunes dimes ki gisent en le dyocese devant dite en pluseurs lius, et plais en ait este meus en le court de Cambrai et ailleurs, ne mie sans grans cous et despens de nos parties devant dites, à le parfin por bien de pais, et por eskiver les damages de nos eglises et les travals des persones, et por oster moult de matiere et d'okisons de debas et de plais ki movoir poroient entre nous; et specialment por l'utilite et por le porfit de nos eglises devant dites, par le conseil de bounes gens nous assentismes et avons couvenenchié et assentit, et assentons et couvenenchons encore li une partie a lautre de faire permutation et escange des dismes devant dites en lius ki sensuient ou nous partissons ensanle nous de Saint Denise avec chiaus de Camberon, et nous de Camberon avec chiaus de Saint Denise, cest a savoir es parroches de Hoves, de Marke deles Aenghien, de Kanaste, de Berghes, et de Castiel deles Thiou-sies, et a Buesonsart. Et doivent li permutations et li escanges estre fait en teil maniere entre nous, par le dit de deus preudommes, cest a savoir dant Gillon Francostet, moine de Saint Denise, et dant Jakemon de Montigni, moine et cellerier de Camberon. Et doit estre mis grain contre grain, mesure contre mesure, valeur contre valeur si ke li permutations et li escanges soient en equalitet des biens de Saint Denise as biens de Camberon. En teil maniere ke nous de Saint Denise devons rendre a chiaus de Camberon ausi vaillant blet et avainne, et autant a mesure selonc le dit des deus preudommes devant nommes, cum le cense de chiaus de Camberon monte es dites parroches de Hoves, de Marke, de Kenaste, de Bierghes, de Castiel, et a Buesonsart. Et outre chou siet muis, deus rasieres mains, moiet blet, moitié avainne, le mesure ke leur censes sunt. Et nous de Saint Denise devons a chiaus de Camberon des biens kil ont es lius devant dis faire par le raison et ou nom de le permutation et del escange ki dit sunt, recompensation a nos biens de Nuefvile de tant et ausi avant ke no cense se pora estendre, et a Wedenghien tant cum a nos grosses et menues dismes, fors mis le disme de xiiii bouniers de tere, pau plus pau

mains, ki est de no heritage. Et se chou ne souffissoit a acomplir le devant dite permutation et lescange, nous de Saint Denise devons le remanant parfaire et assener a no cense de Masnui, ou a no graigne de Montigni. Et le croissant de quoi nous les assenerons a le dite cense de Masnui ou a le graigne de Montigni, nous leuer devons payer cascun an dedens les octaves de Paskes, sour painne de x livres de blans a rendre a chiaus de Camberon, toutes les fies ke nous en scriens en defaute. Et pour chou sunt tout debat entre nos parties, par devant dites, quietet et apaisiet, saus les patronages a nous de Saint Denise es lius devant dis, et sauf chou ke nous de Saint Denise devons soustenir et avoir tout le fais a quoi les grandes dismes sunt tenues, kierkies ou obligies, par droit ou par coustume, sauf chou que sil convenoit payer disme ou vintisme ou autres exactions des biens de sainte Eglise par lapostole, cil de Saint Denise ni seroient mie tenuit a payer, por le raison des grosses dismes. Toutes ces choses ensi keles sunt deseure escrites, avons nous, parties par devant dites enconvent et proumis li une al autre en boine foit a tenir, warder, a faire, parfaire et acomplir, sour painne de deus cens mars desterlins, ke li partie par où il demorroit, renderoit a le partie par cui il ne demorroit mie. Et encore, nous abbet et couvent devant dit faisons savoir a tous, ke li devant dit Gilles moines de Saint Denise, et Jakemes moines et celleriers de Camberon, par lassentement de nous et par le conseil des boines gens, dou pooir devant dit ki leur est donnes, ensi cum dit est, ont dit et dient lor dit et lor ordonnance sour les choses devant dites, en teil maniere ke li abbes et li couvens de Saint Denise aront et tenront toutes les dismes ke cil de Camberon avoient es parroches de Hoves, de Kenaste, de Bierghes, de Buesonsart, de Castiel deles Thyousies et de Padembraech ki est en le parroche de Marke. Et est li somme de toutes ces dismes wit vins et trois muis, demi quartier mains, moitiet blet moitiet avainne, a le mesure de Mons, et vii livres de tournois. Et en ceste devant dite somme de blet et davainne sunt contenu vi muis et quatre rasières moitiet blet moitiet avainne, lesquels cil de Saint Denise doivent rendre a chiaus de Cambron deseure le valeur des dismes chiaus de Camberon, es lius devant dis. Et por ces dismes deseure dites renderunt cil de Saint Denise a chiaus de Camberon toute le disme ke cil de Saint Denise tenoient a Nuefvile; et tenir devoient en toutes choses, ki est en pris de m^{xx} muis moitiet blet moitiet avainne, et toute le

disme grande et menue ke li devant dit de Saint Denise avoient et avoir devoient a Wedenghien en toutes choses, fors le disme de XIII boniers de tere, pau plus pau mains, ki est de leur hyretage, li quele disme de Wedenghien est en pris de XXV livres et XIII saus et III deniers de tournois, et de chou doit on rabatre les VII livres de tornois devant dites, et LIII saus de tornois por le blet de Masnui faire venir a egalitet au blet des dismes chiaus de Camberon. Et ensi de le devant dite disme prisie de Wedenghien demeurent XVI livres et III deniers tournois, ki valent a grain XX muis et demi quartier, moitiet blet et moitiet avainne, et si doivent li devant dit de Saint Denise a chiaus de Camberon a lor cense de Masnui XLIII muis moitiet blet moitiet avainne, et en leur grange a Montigni XVIII muis et II rasieres moitiet blet moitiet avainne, et encore demie rasiere davainne. Et les XLIII muis de Masnui devant dis et les XVIII muis et deus rasieres moitiet blet et moitiet avainne, et le demie rasiere davainne devant dis, doivent cil de Saint Denise payer cascun an a chiaus de Camberon, dedens les octaves de Paskes a Masnui et a Montigni sour painne de X livres de blancs toutes les fois kil en seroient en defaute a rendre a chiaus de Camberon. Et nous abbet et couvent devant dit, toutes les choses devant dites greons, loons et approuvons, et les proumetons en boine foit a tenir, warder et aemplir a tous jours dore en avant, ensi cum deseure est dit, sour le painne de CC mars desterlins, si cum devant est dit, sauf chou ke se nous de Saint Denise estiens atant a le painne des X livres por le defaute des paiemens devant dis, nous ne seriens mie atant a le painne des CC mars, se nous payens le grain et les X livres. Et a tout chou devant dit tenir, warder et aemplir, obligons nous tous les biens de nos eglises et nos successeurs, li une partie enviers lautre, et renonchons a toutes exceptions de fraude, de boisdie, a toute aiwe de droit et de court laie, a tout benefisce ou indulgense de crois prise ou a prendre, a toute coustume de loi et de pais, et speciaument a cele loi ke on appiele *jubemus*, et a cele autentike, *hoc jus porrectum*, a toute lesion et deception, ke nous ne peussions dire, ke nous soiemmes deciut es choses devant dites ne en partie deles, et a toutes autres exceptions, cavillations, deffenses et autres choses, ki lune partie de nous poroient aidier, et lautre nuire, ou grever. Et por chou ke toutes ces convenanches deseure dites soient bien tenues et aemplies, et por plus grant seurte et forche delles tenir et aemplir, prions nous hum-

lement et requerons a no reverent pere Engerrant, par le grasce de Dieu eveske de Cambrai, ke il loe et gree et appreuve toutes ces convenanches deseure dites et i mette sen assens. Et en liesmoignage de ches coses, avons nous parties devant dites pendus nos saiaus a ces presentes lettres. Et nous Engherrans, par le grasce de Dieu evesque de Cambrai, a le priere et à le requeste des devant dites parties, ki lutilite et le profit de lor eglises i veons apparant loons, greons et approuvons toutes les convenanches, les coses, les ordenanches et les fais, ki chi deseure sunt dit, ordenet, et escrit, et si les confremons por no auctorite ordinaire et i metons no decret. Et por chou ke che soit ferme cose et estaule, nous avons pendut no saiel avec les saiaus des parties a ces presentes lettres, ki furent donnees en lan del incarnation Jhesu Crist M. CC. LXXXI, el mois de decembre.

XXIII.

Carta de eodem. (Carta divisionis decimarum.)

(Août 1281.)

Nous Williaumes, par le grasce de Dieu abbes de Saint Denis en Broke-
roie, et tout li couvens de cel meismes liu del ordene Saint Benoit, de le
dyocese de Cambrai, et nous freres Hues appieles abbes de Cambron et
tout li couvens de cel meismes liu del ordene de Cystiaus de le devant dite
dyocese, faisons savoir a tous, ke cum il ait este debas et questions plu-
seurs aient este meutes entre nous de Saint Denis dune part, et nous de
Camberon dautre part, de aucunes dismes ki gisent en le dyocese devant
dite en plusieurs lius, et plais en ait estet meus en le court de Cambrai,
et ailleurs, ne mie sans grant coust et despens des parties. A le parfin por
bien de pais, et por eskiver les damages de nos eglises, et les travaux des
persones, et por oster moult de materes et de okisons de debas et de plais
ki mouvoir poroient entre nous, par le conseil des sages homes maistre
Willaumes dAvesnes official de Cambrai, et maistre Nicholon de Naste et
dautres boines gens, nos sommes nous assentit, et avons convenenchie si
une partie a lautre de faire permutation des dismes es lius ki sensivent, ou
nous partons ensanle en dismes, nous de Saint Denis avec chiaus de Cam-

beron, et nous de Camberon awoec chiaus de Saint Denis, cest a savoir es parroches de Hoves, de Marke deles Aenghien, de Kenaste, de Bierges et de Castiel deles Thyousies, et a Buesonsart, et doit estre li permutacions faite en teile maniere entre nous ke par le dit de deus preudoumes, cest asavoir dant Gillion Bruncostet, moine de Saint Denis, et dant Jakemon de Montigni, moine et cellerier de Camberon, doit estre mis grains contre grain, mesure contre mesure, valeurs contre valeur, si ke li permutacions soit en egalitet des biens de Sains Denis as biens de Camberon. En tel maniere ke nous de Saint Denis devons rendre a chiaus de Camberon ausi vaillant blet et avainne, et autant a mesure selonc le dit des deus preudoumes devant nommeis cum li cense chiaus de Camberon monte es dites parroches de Hoves, de Marke, de Kenaste, de Bierghes, de Castiel et a Buesonsart, et outre cou vii muis ii rasieres mains moitiet blet moitiet avainne, a le mesure ke leur censes sunt. Et se cil doi preudome ki pris sunt par nous ne se puoent acorder, nous parties deseure dites avons esliut a tierche maistre Nicholon de Naste, ki avec les deus devant dis sil concorder ne se puent, sera apicles en le besougne, et vaura chou en quoi li doi des trois, se consentirunt, et enconvent lavons a tenir, et nous de Saint Denis devons a chiaus de Camberon des biens kil ont es lius devant dis, faire par le raison et ou non de le permutation ki dite est, recompensation a nos biens de Nuefvile de tant et ausi avant ke no cense se pora estendre, et a Wedenghien tant cum a nos grosses et menues dismes, fors mis les xiiii boniers de terre pau plus pau mains ki est de no hyretage, et se cou ne souffissoit a acomplir le dite permutation, nous de Saint Denis devons le remanant parfaire et assener a no cense de Masnui ou a no grange de Montigni, et le croissant de quoi nous les asserons a le dite cense de Masnui ou a le grange de Montigni, nous leur devons payer cascun an, devens les octaves de Paskes, sour paine de x livres de blans, a rendre a chiaus de Camberon, toutes les fies ke nous en seriens en defaute. Et parmi chou sunt tout debat entre nous parties devant dites quietet et apaisiet, sous les patronages a nous de Sains Denis es lius devant dis, et sauf chou ke nous de Saint Denis devons soustenir et avoir tout le fais a quoi les grandes dismes sunt tenues, kierkies ou obligies par droit, ou par coutume, si est encore a savoir ke quant li permutation sera toute parfaite et acomplie de tant ke a nos parties devant dites apiertenra, et selonc les

convenanches deseure dites, nous parties devant dites devons devans les xv jours apries chou ke li permutation sera ensi parfaite, faire lettres saicles de nos saiaus ki contiengnent les causes et tout le fait et le ordinance de le permutation, et des convenances deseure dites. Et doit cascune de nous parties avoir une lettre tele, et devons par ces meismes lettres requerre no chier pere Engherrant li veske de Cambrai ke il sour le permutation et les choses ki es lettres sunt escrites, welle entremetre sen decret et les welle confermer. Toutes ces choses ensi ke eles sunt deseure escrites avons nous, parties devant dites, enconvent et proumis li une a lautre en boine foit a tenir, warder, a faire, parfaire et acomplir, sour paine de cc mars de esterlins, ke li partie par cui il demorroit, renderoit a le partie par cui il ne demorroit mie. Et por chou ke toutes ces convenanches soient bien tenues et aemplies, si prions nous et requérons a no reverent pere Engherrant, par la grasse de Dieu eveske de Cambrai, kil loe et gree ches convenanches, et i mette son assens. El tiesmoignage de ces choses avons nous parties devant dites, pendus nos saiaus a ces presentes lettres. Et nous Engherrans, par la grasse de Dieu eveske de Cambrai, a le priere et a le requeste des devant dites parties, loons et greons toutes les convenanches ki chi deseure sunt escrites, et si les confremons par no auctoritet. Et por chou ke ce soit ferme cose et estaule, nous avons pendut no saiel awech les saiaus des parties a ces presentes lettres, ki furent donnees en lan del incarnation Jhesu Crist mil deus cens quatre vins et un, el mois daoust.

XXIV.

*Carta prioris de Ognies de sex bonariis terre que tenentur de nobis
apud Masnui et apud Jorbise.*

(Mai 1294.)

A thous chiaus ki ces presentes lettres veront et oront, freres Jehaus, prieur et tous li convens dOgnies en le veskiet de Liege, del ordene Saint Augustin, saluet et connissanche de verite. Conute chose soit a tous ke nos tenons a Masnui et a Jorbise vi boniers et iii jornes de tiere, pau plus pau mains, del abbeit et dou couvent Notre Dame de Cambron par cens et par

rente, a savoir est, deles le bos ii boniers et x verges, deseur le maison Jehan de Charnieres, i bonier et LXX verges, deles le maison Thieri Vraie Crois, i bonier, xxv verges mains, parmi le pre de Masnui, i bonier, xv verges mains, deles Vylhies, iii jornes et demi et ii verges et a Orifontaine iii jornes et xxii verges, pau plus pau mains, en cascun lieu, de lequele tiere frere Nicholes de Montigni no convers est aviestis et aherites bien et a loy el nom de notre eglise parmi ii saus de relief, et nous obligons de mettre un autre de no freres, ensi ke freres Nicholes i est, apries se mort parmi ii saus ensi com deviset est par deseure. En tiesmoingnage de chou nous avons ceste presente lettre sailee dou saiel de notre eglise. Faite et dounee en lan de grace M. CC. nonante et quatre, ou mois de mai.

XXV.

Carta ecclesie de Gillenghien de novalibus et novis mansis.

(Avril 1295.)

Universis presentes litteras inspecturis, Richaldis Dei patientia abbatissa de Ghillenghien, ordinis sancti Benedicti, Cameracensis dyocesis, et conventus ejusdem loci, necnon et Gerardus magister de Helchies, salutem in Domino. Universitati vestre notum esse volumus quod cum inter nos, ex una parte, et religiosos viros abbatem et fratres de Camberon, Cysterciensis ordinis, predictae Cameracensis dyocesis, ex altera parte, orta esset materia questionis super decimis provenientiibus in mansis, hortis et pomeriis de novo constructis in terra olim arabili dictis Camberonensibus decimabili, item et super decimis provenientiibus in terris in quibus olim fuerint horti, mansi et pomeria nuper in agriculturam redactis, nobis dum existerent ibi mansi, horti vel pomeria decimabilibus in dicta parrochia de Helchies, tandem de bonorum et juris peritorum consilio amicabiliter inter nos compositio intercessit in hunc modum : quod dicti abbas et conventus Camberonenses in toto manso Colardi dou Corroit, in toto manso Elyzabeth le Moyse, in toto manso Marie relicte Balduini Helin et in pomerio ejusdem, necnon et in pomerio Emmelote et Margarete les Cousturieres de novo constructis in terris arabilibus dictis Camberonensibus ab olim decimabi-

libus, necnon et in omnibus mansis, hortis et pomeriis qui vel que a data presentium in futurum construentur, vel fient in terris arabilibus dictis Camberonensibus decimabilibus, ipsi Camberonenses decimas percipient de eisdem portionibus pro quibus decime eos contingebant et contingunt in terris arabilibus predictis. Nos autem abbatissa et conventus et presbiter de Helchies in terris quibus mansi, horti et pomeria sunt ad presens, que ex data presentium in futurum ad agriculturam redigi contiget, decimas percipiemus pro eisdem portionibus pro quibus in predictis mansis, hortis et pomeriis nos contingebant, priusquam ad agriculturam redigerentur et contingunt. Hanc autem compositionem promittere (*volumus*), bona fide tenere et observare et nullo unquam tempore contraire. In quorum testimonio presentes litteras dictis abbati et conventui de Camberon contulimus sigillis nostris sigillatas. Actum et datum anno Domini M^o CC^o nonagesimo tercio, mense aprilis.

XXVI.

Carta de concordia inter nos et presbiterum de Boegnies.

(26 mars 1291.)

Universis presentes litteras inspecturis, Willelmus, presbiter curatus seu investitus ecclesie parrochialis de Boygnies, salutem in Domino sempiternam. Noverit universitas vestra quod cum inter religiosos viros, abbatem et conventum monasterii de Camberone, Cysterciensis dyocesis¹, Camera-censis dyocesis, patronos ecclesie parrochialis de Boygnies, Leodiensis dyocesis, ex una parte, et nos ex altera super decimas parrochie de Boygnies et super legatis ecclesie de Boygnies relictis et super restitutionibus seu restorationibus decimarum, orta esset materia questionis et controversia sive questio diutius agitata, nos demum freti bonorum consilio confitemur et recognoscimus duas partes majoris decime parrochie de Boygnies, necnon et duas partes legatorum omnium ecclesie et presbiteratui de Boygnies relinquendorum in posterum in bonis immobilibus, redditibus et juribus, et etiam duas partes omnium honorum que dabuntur vel relinquuntur de

¹ *Pour ordinis.*

cetero a fidelibus in dicta parrochia, pro restitutione seu restauratione bonorum suorum male decimatorum, ad dictos abbatem et conventum de Camberone, pertinere et juris eorum esse; tertia parte dicte majoris decime et legatorum predictorum et restitutionum seu restorationum decimarum omnibus legatis in bonis mobilibus, minutis decimis, oblationibus, et aliis proventibus altaris, nomine beneficii et presbiteratus nostri, necnon et omnibus delaliciis pertinentibus ad nos et ad nostros in futurum successuros. Confitemur etiam et recognoscimus quod pro illa tertia parte, qua major decima nos contingit, onus refectionis seu reparationis campane et campanalis, cancelli, librorum et ornamentorum altaris ac impendiorum luminaris et clerici custodis ecclesie et aliorum pro eadem portione servire et sustinere debemus; itaque promittimus bona fide et juramento interposito, quod predictos abbatem et conventum de Camberone duas partes totius majoris decime predicte et duas partes legatorum in bonis immobilibus, redditibus vel juribus, et duas partes restitutionum seu restorationum decimarum sive ecclesie sive presbiteratui de Boygnies, relinquendum in posterum pacifice recipere patiemur. Predicta quoque onera pro tertia parte, pro qua major decima nos contingit, sustinebimus, et de illis adeo satisficiemus temporibus competentibus, quod dicti abbas et conventus de Camberone pro mora nostra prejudicium nullum sentient aut gravamen et premissa recognoscemus, in expensis tamen ipsorum abbatis et conventus quotiens et ubi ex parte dictorum abbatis et conventus de Camberone super hoc fuerimus requisiti. Acta sunt hec in cimiterio ecclesie de Boygnies, presentibus magistro Stephano de Helchies, canonico Sancti Germani de Montibus, domino Petro, curato de Fontanis, domino Johanne, curato de Herve, domino Alardo et domino Johanne, capellanis in villa de Fontanis, qui ad instantiam nostram sigilla sua cum sigillo nostro presentibus litteris appenderunt in testimonium veritatis, presentibus etiam domino Johanne Blanket et domino Waltero de Éch, monachis de Alna, domino J. de Scassines et domino Jacobo de Tornaco, monachis de Camberone, presentibus etiam Johanne de Retulemont, Clemente Bolengario, Arnulfo le Candellon, Johanne Willekin, Henrico Scotin, Hermando Amigon, parrochianis de Boygnies ad hoc propter premissa specialiter evocatis. Actum et datum anno Domini M^o CC^o nonagesimo primo, mense martii, feria tertia ante *Letare Iherusalem*.

XXVII.

Carta Curtracensis ecclesie super decimis de Hulst.

(6 janvier 1290-1291.)

Universis presentes litteras inspecturis, frater B., dictus abbas monasterii de Camberon, Cysterciensis ordinis, Cameracensis dyocesis, et conventus ejusdem loci, necnon et W. decanus et capitulum ecclesie Curtracensis, Tornacensis dyocesis, salutem in Domino sempiternam. Universitati vestre volumus esse notum quod cum inter Curtracenses, ex una parte, et nos Camberonenses, ex altera parte, orta esset materia questionis et pluries altercatum super decimas terrarum monasterii Camberonensis in officio de Hulst et locis vicinis consistentium, quas decimas nos Curtracenses nobis deberi et ad nos pertinere dicebamus, tandem pro bono pacis super premissis et super decimis novalium dicti monasterii presentium et futurorum in dicto officio et locis vicinis, amicabilem compositio inter nos partes predictas facta est in formis et modis que sequuntur. De terris quidem dicti monasterii consistentibus in loco qui dicitur Roghof, quadraginta quinque virge et dimidia in latitudine, in fronte secus viam seu vicum popularem, et dicta via seu vico in longitudine versus morum, trecente et octoginta et octo virge erunt decimales, et de ipsis solum decime prestabuntur. Terre vero superius jacentes versus morum, ad culturam redacte vel redigende, decimas non solvent. Item, de terris ejusdem monasterii consistentibus in alio loco proximo illi qui dicitur Roghof, versus le Dorpe, duodecim virge in latitudine circa frontem secus viam popularem et a vico populari trecente octoginta virge terre decimales erunt, et de ipsis solum decime prestabuntur. Terre vero superius jacentes versus morum, ad culturam redacte vel redigende, decimas non solvent. Item, de terris sepedicti monasterii consistentibus in loco qui dicitur Dorpe, ubi sunt centum mesure wasline vulgariter dicte Gheest, tredecim mesure et dimidia solum erunt decimales, et de ejusmodi tredecim mensuris et dimidia solum decime prestabuntur. Item, de terris prefati monasterii consistentibus in loco qui dicitur Boengaert, quadraginta due virge et dimidia. in latitudine juxta

vicum qui pergīt de Hulst versus Chaventinghes ¹, et a predicto vico in longitudine versus morum sex cente et septem virge in longitudine versus morum decimales erunt, et de illis solum decime prestabuntur. Terre vero superius jacentes versus morum, ad culturam redacte vel redigende, decimas non solvent. Item, de terris prefati monasterii consistentibus in loco qui dicitur Westhusen viginti virge in latitudine, juxta vicum quo pergitur de Hulste versus Axele et a predicto vico versus morum centum et viginti quatuor virge in longitudine decimales erunt et de illis solum decime prestabuntur. Tota autem terra dicti monasterii jacens in loco qui dicitur Jordani polre decimalis erit et de eis decime prestabuntur. Exceptis triginta mensuris terrarum similiter jacentibus infra quatuor metas, una cum domistagio, de quibus decime non solventur. De ceteris vero terris dicti monasterii que ad solutionem decimarum superius minime sunt ascripte et de presentibus et futuris novalibus ejusdem monasterii que propriis manibus vel sumptibus idem monasterium excolit aut excolet in futurum, et de quibus alias decime hactenus prestite non sunt nec percepte, decime minime prestabuntur. Si tamen dictum monasterium novalia hujusmodi personis secularibus locare aut ad partem vel ad firmam concedere et tradere contingat, decime de illis a dictis secularibus prestari debebunt. Eisdem vero novalibus ad manus dicti monasterii quousque tempore revertentibus, ita ut ipsius monasterii manibus propriis vel sumptibus excolantur, monasterium ipsum a solutione decimarum de hujusmodi novalibus liberum erit et immune, prescriptione seu diuturnitate temporis quo in manu secularis persone fuerint non obstante. Hanc autem compositionem nos partes predictae firmiter observare promittimus et contra eam in aliquo non venire, nisi forsā sedes apostolica Cysterciensi ordini aut nobis Camberonensibus circa decimas novalium gratiam fecerit amplio-rem. Que, si fecerit, uti poterimus secundum formam ipsius gratie, nullam ex presenti compositionem contra jam dictam gratiam et ejus usum, prejudicium vel obstaculum habituri vel passuri. In quorum omnium testimonium et approbationem nos partes predictae sigilla nostra presentibus litteris duximus apponenda. Datum anno Domini M^o CC^o nonagesimo, in die Epiphanie.

¹ Chaventinghes, Saeflinge.

XXVIII.

Carta de concordia inter nos et presbiterum de Torincourt.

(Mars 1288-1289.)

Reverendo patri suo ac in Christo karissimo domino, W. Dei gratia Cameracensi episcopo, Th., Dei patientia abbas Sancti Adriani Geraldimontensis totusque ejusdem monasterii conventus, necnon et Osto, curatus de Torincourt, salutem et cum omni subjectione filialem subjectionem tam debitam quam devotam. Cum aliquando inter nos, ex parte una, et abbatem et conventum de Camberone ex altera, super dimidio bonario, parum plus aut minus, terre spectantis ad ecclesiam de Torincourt, jacentis in loco qui dicitur Hersendis, undique incluse infra nemora et terras de Camberone, querela verteretur pro eo videlicet quod arari non poterat sine dispendio et gravamine abbatis et conventus de Camberone, demum pro bono pacis et concordie ad invicem excambium fecimus tali modo, quod Camberonensibus predictis totam peciam terre predictae dedimus, contulimus et concessimus in perpetuum ab ipsis libere possidendam. Ipsi quoque Camberonenses ecclesie de Torincourt dederunt, contulerunt et concesserunt pro pecia terre predictae per plenum dictum nostrum equipollens, scilicet dimidium bonarium, parum plus aut minus, terre sue jacentis in loco qui dicitur Duremont, a presbitero de Torincourt in posterum libere possidendam. Et ut hoc excambium firmum sit et stabile, nos abbas et conventus Geraldimontenses, qui patronatum habemus ibidem, et Osto presbiter de Torincourt predicti, presentes litteras conscribi fecimus et nostrorum sigillorum munimine roborari, reverendam paternitatem vestram humiliter deprecantes quatinus predictum excambium, vestra pontificali auctoritate ad perpetuitatem approbare dignaretis ac etiam confirmare. Nos autem W., Dei gratia Cameracensis episcopus, intelligentes quod excambium predictum utrique ecclesie sit et erit in perpetuum proficuum et utile et pacificum ad preces et instantiam abbatis et conventus Sancti Adriani, ac presbiteri de Torincourt, predictorum excambium memoratum favorabiliter approbamus et nostra pontificali auctoritate confirmamus, et

berone consuevimus duas partes grossarum decimarum percipere et habere et dictarum domorum seu managiorum appenditiis consistentibus infra limites parrochialis ecclesie de Nova Villa predictae, ad nos abbatem et conventum et monasterium nostrum Sancti Gilleni ac presbiterum predictum pertinere et juris nostri existere ratione personatus dicte parrochialis ecclesie ad nos abbatem et conventum et monasterium nostrum Sancti Gilleni ac cure ejusdem ecclesie ad presbiterum predictos spectantium, nobis abbate et conventu de Camberone e contrario asserentibus et dicentibus duas partes omnium decimarum tam grossarum quam minutarum in dictis locis provenientium ad nos et monasterium nostrum de Camberone pertinere et juris nostri existere. Tandem nos partes predictae dictis nominibus, pro bono pacis et concordie et confractibus litigiorum evitandis et ut nostris parcamus laboribus et expensis ac pro utilitate ecclesiarum nostrarum, honorum et juris peritorum freti consilio, composuimus et componimus seu transigemus et transigimus nominibus predictis in hunc modum: quod nos, abbas et conventus Sancti Gilleni et presbiter predicti duas partes omnium decimarum de ovibus, agnis, porcis, anseribus, gallinis, ceterisque omnibus animalibus et eorum fructibus, in lanis seu aliis quibuscunque rebus provenientium in locis predictis percipiemus et habebimus pacifice in futurum. Nos vero abbas et conventus de Camberone predicti duas partes omnium decimarum tam grossarum quam minutarum bladi, avene, pisorum, olerum, pomorum, pirorum, vinearum, cerasorum et ceterorum fructuum de terra crescentium et radices emittentium in locis predictis provenientium percipiemus, recipiemus et habebimus pacifice in futurum, promittentes nos partes predictae, nominibus quibus supra, bona fide et sub juramentis nostris super hiis sollempniter prout decet et corporaliter prestitis, et per stipulationem sollempnem, nobis invicem hujusmodi compositionem seu transactionem, nos inviolabiliter tenere et observare in futurum, et quod una pars nostrum alteram super hiis vel aliquod eorum de cetero non molestabit, inquietabit, seu vexabit in judicio vel extra, nec contra ea vel eorum aliquod faciet seu veniet, seu fieri vel veniri per se vel per alium quoquomodo faciet seu procurabit, clam vel palam, tacite vel expresse, nos, ecclesias nostras et successores nostros et bona ecclesiarum nostrarum quoad premissa omnia et singula nobis invicem efficaciter obligantes. Renunciantes nos partes predictae, nominibus pre-

dictis, quoad premissa omnia et singula, etiam sub fide et juramentis predictis, omnibus exceptionibus inscriptis, scilicet vis, metus, lesionis, deceptionis et fraudis, beneficio restitutionis in integrum ex quacunque causa, omni juris auxilio canonici et civilis, omnibus privilegiis, litteris et gratiis a domino papa vel quibuscunque aliis, pro nobis seu ecclesiis nostris impetratis et impetrandis, seu nobis vel monasteriis aut ordinibus nostris concessis et concedendis et usui eorumdem, et generaliter omnibus aliis exceptionibus, cavillationibus et rebus que uni parti nostrum adversus alteram, contra premissa vel eorum aliquod prodesse possent quomodolibet vel obesse, et specialiter illi decretali extra de probationibus, tercio ac juri dicenti, generalem renunciationem non valere. In quorum testimonium et munimen sigilla nostra presentibus litteris ex certa scientia duximus apponenda, supplicantes humiliter reverendo in Christo patri domino Cameracensi episcopo, dyocesano nostro, quatinus in premissis omnibus et singulis dignetur consensum et decretum suum apponere seu prebere, et ea omnia et singula laudare et approbare et sua auctoritate ordinaria confirmare, adhibitis circa hec omnibus adhibendis. Datum anno Domini M^o CCC^o undecimo, feria VI post Conversionem beati Pauli.

*Concordia inter nos et abbatissam de Ghilenghien et presbiterum
de Herchiez.*

(Juillet 1522.)

A tous chiaus ki ces presentes lettres veront ou oront, nous Ade, humle abbesse de Gillenghien et tous li couvens de cel meismes lieu, del ordene saint Benoit, et nous sires Jakemes, prestres cureis de Herchiez, de le dyocese de Cambray, salut en Nostre Seigneur. Conneute choze soit a tous, ke comme debas et controversie fuissent mues, entre nous, dune part, et religieux homes, labbeit et le couvent del eglise de Camberon, del ordene de Cystials, de le dyocese de Cambray, dautre part, en locquison dou dimage daucuns lius gisans en le ditte parroche de Herchiez, en le fin pour bien de pais, damour et de concorde, nous les parties devant dites de commun assens prisimes et esluisimes pour arbitres et amiables apaisenteurs des

debas devant dis, hounerables hommes et sages, monseigneur Nicholon prestre, cureit de Melin le Vesque, et religieux homme frere Jehan dou petit Rues, frere del ordene de le Triniteit de Lens, et euwismes enconvent par sierement, et sour paine de vint livres, de tenir pour ferme choze et pour estaule tout chou quil en diroient et ordeneroient, liquel arbitre empris en ials a no priere et a no requete le fais de cel arbitrage, disent et prononchirrent leur dit et leur ordenanche, en le fourme et en le maniere ke chi apries sensuit : « A tous chiaus ki ces presentes lettres veront et oront, nous Nicholes prestres cureis de Melin le Vesque, et freres Jehans dou petit Rues, freres del ordene de le Triniteit, prestres cureis dlerbaut, diseur et amiable apaisenteur dendroit labbeit et le couvent de Gillenghien et le cureit de Hercies dautre part, de pleuseurs lieux en le parroche de Hercies dont debas estoit meus pour les dimages entre les dittes parties, lesqueles parties ont jureit et prommis a tenir no dit, sest assavoir li abbes et le couvens de Camberon par leur procureur, medame li abbese, et li couvens de Gillenghien par leur procureur, et li cureis de Hercies par luy present, no dit sour leur fois, et sour paine de vint livres tournois, le moitiet a celui ki le dit tenroit et lautre moitiet a monseigneur de Cambray, et toudis no dit tenuit chou ke miex nous sanlera fait ke lassiet, sans pechiet et sans aumosne, selonc no boine consciencie et le deposition des tiesmongnages, ke nous avons oys, et selonc le composition ki est faite autre foys ke ore, entre les dittes parties par conseil de boins clers. Conneute choze soit a tous, ke nous disons et ordenons sour le foit et sour le paine devant dite, et par le conseil monseigneur Nicholon, prestre cureit de Lens, et toudis no dit tenuit, ke mesires li abbes et li couvens de Camberon ayent les deus parties dou dimage ou gardin Jehan Jakeneuse, fors mis deus pumiers plus anchiens au plus pries dou dit manoir le devant dit Jehan; item les deus parties dou dimage ou manoir Jakemart Coppin; item les deus parties dou dimage ou manoir ki fu Jakemon Patenostre, en tant ke des trois parties de le grange, et toute le vackerie ki est deviers les cans; item les deus parties dou dimage, ou manage Jehan Scoret; item les deus parties du dimage ou manoir ki fu Jehan Payen, voire fournil et biercil; item les deus parties dou dimage, ou manoir Jehan Piket, con dist le Moituwies; item les deus parties dou dimage de le berkerie Jean le Beghin; item les deus parties dou dimage de le grange Agnies de Hoves, et dune partie dune maisonchiele ki joint a celi grange;

item disons ossi ke medame li abbese et li couvens de Gillenghien et li prestres cureis de Hercies ayent le dimage de le maison Jehan le Page, pour leur droit, item le manage de tout le manoir ki fu Jehan le Carpentier, ensi quil sestent devens lenclasure, pour leur droit; item le dimage de le berkerie, ki fu jadis Giliart le Carlier tenant a se maison, pour leur droit; item le dimage de le berkerie Pieron Rosete, pour leur droit; item le dimage del iestre ki fu jadis Thieri le Parfait ensi ke ses fies aloit, pour leur droit; item le dimage de le Cambre, et de le grange ki fu jadis Jean Payen, pour leur droit; item le dimage del eserie et berkerie Jakemart Symonnart, pour leur droit; item ou manoir Jehan le Tondeur ou se berkerie est pour leur droit; item le dimage dou biereil, ki est en le court Jehan Jakeneuse, et de deus pumiers plus anciens ki sont au plus pries dou manoir le dit Jehan pour leur droit. Et est assavoir ke chis dis fu dis ou moustier de le Triniteit a Lens, en le veue et en le presence des procureurs des dictes eglizes, et en le presense monsieur Nicholon prestre cureit de Lens, frere Henri ministre de le Triniteit de Lens, frere Jehan de Haut, frere Nicolon de Montigny, freres de le ditte maison, Gerart Bohier, Jakemart Baligant, et Jean le Tondeur. Et pour chou ke nous, li abbese et li couvens de Gillenghien, et li prestres cureis de Hercies devant nommeit aprouvons et tenons cest dist et ceste ordenanche en le fourme et en le maniere ke chi devant est contenu et escrit, pour boine et pour estaule, sans jamais aler encontre, nous avons ches presentes lettres sayceles de nos sayaus, et des sayaus des arbitres devant nommeis, et donnees al abbeit et au couvent del eglise de Camberon en connissance de veriteit. Ce fu fait en l'an de grace mil CCC XXII, le diemenche devant le division des aposteles, et nous Nicholes prestres cureis de Melin le Vesque, et frere Jehans dou petit Rues, freres del ordene de le Triniteit, prestres cureit dlerbaut, diseur et amiable apaisenteur deseureit, avons a ches presentes lettres, mis et pendus nos saials, avoech les sayaus madame labbesse et le couvent de Gillenghien, et de monsieur Jakemon cureit de Herchies, en connissance et en tiesmongnage de veriteit, che fu fait lan et le jour devant dis.»

SECTIO TREDECIMA.

CARTARUM PORTARII.

INCIPIUNT

CAPITULA CARTARUM PORTARII.

I. Carta domini de Bonler et filiorum ejus de elemosina portarii.

II. Carta abbatisse de Gillenghien de xii^{dm} denariis annui redditus.

III. Carta domini Hellini de Molembais de dimidio bonario terre de Maffles.

IV. Carta domini J. de Bailluel de vii solidis redditus.

V. Carta decani de Cirvia de duobus solidis redditus de Wisebeke.

VI. Carta domini de Bonler de novem boneriis terre de Parranche.

VII. Carta R. de Bonler et uxoris ejus quod laudaverunt contractum cum Wotremanno factum de novem boneriis terre.

VIII. Carta domini J. de Audenarde de quatuor boneriis terre Ivonis de Angre.

IX. Carta W. de Ainghien de viii boneriis et i jornerio terre Johannis de Longe Rowe.

X. Carta J. de Audenarde quod terram quam dedit nobis J. de Angre liberam fecit.

XI. Carta O. de Trassignies de decima de Torincort.

XII. Carta officialis Cameracensis de eadem decima.

XIII. Carta abbatis et conventus de Gerald Monte de quodam redditu quem nobis quictaverunt.

XIV. Carta de donatione Balduini Bohier x caponum annuatim porte Camberonensi.

XV. Carta domini Ostonis de Contrecuer de elemosina x librarum ad opus porte.

XVI. Carta domini E. de Ainghien de eodem. Iste due carte sunt et querantur inter cartas elemosinarum capituli xviii, item xix.

XVII. Chirographe de vii saus tournois de rente que Mikiuls de le Porte a mis à le porte.

XVIII. Item dun accat fait a monseigneur de Hallut.

XV⁴. Item ii cyrograffe de iii journals de terre a Scouemont, ou a le Bruyere, de

⁴ A partir du n° XV, cette table ne correspond plus au texte, sauf qu'au chapitre XV et XVI on trouvera les deux chartes citées ici XV (pour la seconde fois), et après elles, mais sans indication de chiffre, ni titre, celle citée XVI (également pour la seconde fois).

xiv cappons et xii saüs blans a l'ospitaul de Grammont.

XVI. Item une cyrograffe.

XVII. Item une lettre des eskevins de Grammont de v saüs parisis pour Jehan Lorfevre dit le Scunere.

Jugement des signeurs dou conseil monseigneur de Bourgogne jugiet l'an XIII^e et XI, que chil de Paranche nont nul droit quelconques a no court de Scouemont que nous devons riens payer avoec eulx en fossages ruwes ne contributions quelconques.

CARTARUM PORTARII.

I.

Carta domine de Bonleir et filiorum ejus de elemosina portarii.

(Irchouwelz, juillet 1222.)

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis, Alidis, domina de Bonleir, salutem et utriusque vite felicitatem. Que geruntur in tempore ne labantur cum tempore poni solent in lingua testium aut scripture memoria perennari; igitur universitati vestre notum facio quod ego, divina inspiratione inducta, pro remedio anime mee et antecessorum meorum ad opus pauperum singulis annis ad portam beate Virginis de Camberone in perpetuum xviii solidos Valenceniensis monete et xiiii capones, quos Oliverus li Hoedeles mihi et successoribus meis annuatim persolvebat, ad Nativitatem Domini xii solidos et xiiii capones, et ad Pascha vi solidos et ii gallinas et dimidium modium avene, ea omnia supradicte porte in puram elemosinam destinavi. Itemque venerabilis filia mea Ada, eodem spiritu instructa, ad jam dictam portam de Camberone singulis annis in perpetuum eandem avenam cum duobus caponibus ad opus supradictorum pauperum conferre dignum duxit. Ut autem tam pia donatio mea et filie mee in perpetuum rata et inviolabiliter perseveret, sigilli mei appensione, nec non et nobilium virorum filiorum meorum, Michaelis, constabularii Flandrensis, et Ostonis, domini de Trasegnies, et testium subscriptione presentem paginam roborare dignum duxi. Testes: Gossuinus de Mivredeiguien, Daniel de le Duche, Egidius de Hallut, Henricus de Laluet, Sygerus Didenguien,

Walterus Daveteinges. Item, decanus de Gerald Monte et Samuel sacerdos de Bonleir. Item, Nicholaus, portarius de Camberone, et Jacobus clericus ejusdem loci. Actum apud Hyrechonwels, anno Domini M^o CC^o XXII^o, mense julio.

II.

Sigillum abbatisse de Gillengien de XII denariis annui redditus.

(Janvier 1257-1258.)

Universis presentes litteras inspecturis, G., Dei permissione abbatisse de Gillengien et ejusdem loci conventus, in Domino salutem. Noveritis quod Petrus Ruissons dum adhuc viveret assignavit ecclesie Camberonensi ad opus porte, XII denarios Flandrensis monete annuatim percipiendos super tenuram cujusdam horti siti in loco qui dicitur al Estokich, qui hortus ab ecclesia nostra tenetur; qui denarii solvi debent in festo sancti Martini, et nos ad hoc nostrum prebentes assensum, salvo jure nostro in omnibus et redditu preambulo, et dicta ecclesia in dicto horto nichil amplius quam dictos denarios petere poterit vel habere. Datum anno Domini M^o CC^o XXX^o VII^o, mense januario.

III.

Carta domini Hellini de Molembais de dimidio bonario terre de Maffles.

(Juin 1240.)

Ego Heslinus, miles dictus de Molembais, notum facio universis presentes litteras inspecturis, quod Adam de Maffles, dictus de Froimont, circiter dimidium bonarium terre, parum plus vel parum minus, jacentis in territorio de Maffles, in potestate de Cirvia, quam de me tenebat per laudamentum meum et per consensum uxoris sue sub testimonio competenti, juris ordine per omnia et in omnibus observato, ecclesie beate Marie de Camberone in elemosinam contulit jure perpetuo possidendum. Quam

donationem ego, tam pro me quam pro heredibus meis michi perpetuo successuris, laudavi et approbavi et presentium litterarum sigilli mei munimine munitarum testimonio confirmavi. Actum et datum anno gratie M^o CC^o XL^o, mense junio.

IV.

Carta domini J. de Balluel de vi solidis redditus.

(1240.)

Ego Jacobus, miles dominus de Balluel, notum facio universis presentes litteras inspecturis quod ex testamento Balduini cognomento Baucris, quondam hominis mei, assignatus est annuus redditus sex solidorum ecclesie beate Marie de Camberon ad opus porte domus ejusdem, super dimidium bonarium terre jacentis ad locum qui vocatur au Rousoit quod de me tenetur; quem redditum solvere tenebitur dicte ecclesie annis singulis in perpetuum infra octavas Nativitatis Domini, quicumque dictum dimidium bonarium terre tenuerit; quod si aliquis ex hiis qui dictam terram successive tenuerunt, dictum redditum prefate ecclesie amicabiliter prefato modo solvere renuerit, dicta Camberonensis ecclesia nec coram alio quam coram me vel coram villico meo super hoc querimoniam deponet, et a me vel a villico meo compelletur debitor dicti redditus ut dicte ecclesie debitum faciat pagamentum. In cujus rei testimonium, quia per meum disposita est beneplacitum et consensum, presentes litteras sigilli mei feci munimine roborari. Actum et datum anno Domini M^o CC^o quadragesimo.

V.

Sigillum decani de Cirvia de ii solidis redditus de Wisebeke.

(26 janvier 1245.)

Universis presentes litteras inspecturis, N., decanus de Cirvia et magister R., plebanus ejusdem ville, salutem in Domino. Presentium testimonio

notum facimus universis quod cum domus hospitalis de Wisebeke Theobaldo cognomento Lorel de Cirvia pro tenura circiter unius jornarii terre parum plus vel parum minus, in annuo reddito vii solidorum teneretur in Nativitate beati Johannis-Baptiste, annis singulis solvendorum, dictus Theobaldus in extremis agens de prefato redditu dicte domui, iii solidos pro remedio anime sue quitos clamavit, tam pro se quam pro heredibus suis. De reliquis vero disposuit ut dicta domus duos solidos portario de Camberone et alios duos ecclesie Sancti Nicholai de Herimeis, singulis annis in perpetuum in Nativitate beati Johannis-Baptiste pro salute anime ipsius persolvat. In cujus rei testimonium et munimen presentes litteras sigillis nostris fecimus roborari. Actum et datum anno Domini M^o CC^o XL^o III^o, in crastino conversionis sancti Pauli apostoli.

VI.

Carta domini de Bonleir de ix boneria terre de Parrance.

(Janvier 1246-1247.)

Jou Phelippes, sires de Bonleir, fach savoir à tous chiaus ki sunt et ki avenir sunt ke messires Gerars de Longerowe a acateit a monseigneur Williame de Davetenges ix boniers de tere, pau plus ou pau moins, en le parroche de Paranche parmi quinsaine livre le bonier, tant comme mesure porte, et ceste tere doit il tenir de mi en heritage parmi ii deniers de cens par an, a paier a le fieste Saint Jehan en esteit, et sil avenoit cose ke messires Gerars le vosist alueir ou vendre ou ses oirs apres lui, faire le puent par men los, parmi double cens a paier : et mesire Gerars et si oir doivent avoir sour ceste tere devant dite toutes justices et tous drois fors trois, et cest force de feme, le laron et mordres, sil i avient, et toutes autres justices tient il en heritage de mi parmi le cens, si com parleit est. Et pour chou ke ce soit ferme cose et estaule se len aie donnees mes lettres pendans pour confirmeir sailees de men saiel, et a cest acat faire furent mi home : mesire Ernous del Bruec, mesire Jehans de Marke, mesire Ruus de Davetenges, me sires Williames de Davetenges, Gossuins de Davetenges ses freres, Gisebrech fius signeur Daniel Averecht, Daniaus fius Godescal le Blende,

et autre preudome, mesire Englebiers de le Hee, mesire Heinemans de Welle, Coteriaus de Marke, Boidins de Davetenges, Ernous Alewars, mes ballius. Et ce fu fait lan del incarnation Nostre Seigneur M CC et XLVI, el mois de genvier.

VII.

Carta Rassonis de Bonleir et uxoris ejus qui laudavit... ix boneriorum terre que vendidit Woutremannus a Parrance.

(Mai 1267.)

Nous Rasses, fius a noble home monseigneur Rason de Liedekierke, sires de Bonleir et Aelis me feme, faisons a savoir a tous chiaus ki sunt et ki seront, ke cum il soit ensi ke Wautremans de Parranche, fius monseigneur Gerart de Longe Rode, ait vendut et livreit a labbe et a convent de Camberon ix boniers de tere, pau plus pau mains, ke il en le parroche de Parranche tenoit del segneur de Bonleir et werpis les ait sollempnelment et resigneit a labe de Camberon tout le droit ki a lui et a ses oirs i afferoit et pooit afferir, nous ambedoi ki devant soumes nommeit, cest jou Rasses sires et jou Aelis dame de Bonleir, cest vendage et cest delivrement et cest werpissement et cest resignement loons et greons et loet et greet lavons par devant nos homes et devant les eskevins del liu, et est no volonteis et nos otrois ke li abes et le convens de Camberon tignent a tous jours cele tere devant dite de nous et de nos oirs, parmi n deniers de cens par an a paier chascun an, a le Nativiteit saint Jehan Baptiste, et renonchons a toutes raisons et a toutes okisons pour nous et pour nos oirs ki aidier poroient et valoir a ceste cose recalengier et retraitier, ne rien ne retenons en ceste tere devant dite a nos ne a nos oirs fors le cens devant nommeit et le haute justice de trois fourfais tant seulement, cest de rapt, et de laron, et de mourdre, et ceste tere devons nous warandir al eglise de Camberon, jou Rasses si cum sires et jou Aelis si cum dame. Et a toutes ces choses fermement tenir a tous jours obligeons nous perpetuellement, et nous et nos oirs par ces lettres que nous al eglise de Camberon avons donnees, sailees de nos saias, lan del incarnation Jhesu Crist M CC LXVII, el mois de mai.

VIII.

Carta domini J. de Audenarde de III^{or} bonariis terre domini Ivonis de Angre.

(Janvier 1231.)

Ego Johannes miles dominus de Audenarde, notum facio universis presentes litteras inspecturis, quod Ivō de Angre, quondam ballivus et fidelis meus, quatuor bonaria terre que in territorio de Goice tenebat in feodum de Balduino castellano de Lessines, ecclesie beate Marie de Camberon, apud quam sibi sepulturam et vivens elegit et defunctus accepit, per assensum et laudamentum dicti Balduini in elemosinam contulit ad usus porte ejusdem monasterii speciales, sub hac videlicet conditione quod portarius dicte ecclesie pro quantitate et sufficientia dicte fructuum terre satisfacere teneatur omnibus qui dictum Ivonem dampna sibi de quibus restitutionem fieri competat probabiliter monstraverint intulisse. Et ut dicta Camberonensis ecclesia in dicte terre tenuram potentius intraret, Mathildis relicta dicti Ivonis eandem terram et si quid juris sibi vel alteri ex parte sua competeat aut competere poterat ullomodo verpiendo et effestucando reportavit in manus dicti Balduini ad reddendum portario monasterii Camberonensis, coram ballivo nobilis femine Aelidis domine et matris mee et hominibus ejus, nec non et coram hominibus ejusdem Balduini sufficienter propter hoc convocatis. Dictus vero Balduinus coram eisdem hominibus dictam terram totaliter reassignavit et tradidit in manus portarii Camberonensis jure perpetuo possidendam. Ego vero tanquam superior dominus omnia que superius sunt expressa laudo et approbo et dicta quatuor bonaria terre ecclesie de Camberone ad opus porte sue in perpetuum tenenda confirmo. In cujus rei testimonium et munimen presentes litteras sigilli mei feci appensione muniri. Actum et datum anno Domini M^o CC^o quinquagesimo primo, mense januario.

IX.

Carta domini W. de Aengien de viii bonniers et i jorneil terre Johannis de Longerowe.

(1268.)

Jou Watiers, chevaliers sires de Aenghien, fach a savoir a tous chiaus ki ces lettres veront et oront ke jou fui presens la ou Jehans de le Longerowe fuis a monseigneur Gerart de le Longerowe ki fu, aireta bien et par loi labe et le couvent de Camberon de viii bonniers de tere et de i jorneil, partie de tere partie de aunoit ke il tenoit en franc alluet el teroir de Evrebeke el liu cui on apele a Hunnebruec et leur reporta tout sus entierement par le main dant Nicholon de Gemblues leur portier, pour tenir en tous jours en franc alluet, et tout chou fist il par devant mi et par alloiers et par frans homme ki pour chou i furent souffisanment apele et present en me maison a Aenghien; et pour chou ke cil Jehans navoit point de saiel il me pria ke jou a ces lettres presens fesisse metre men saiel et jou ensi lai fait a se requeste, les quels lettres cil Jehans a dounees a le eglise de Camberon, en retenance perpetueil et en tiesmoing de ces coses devant dites ki furent faites lan del Incarnation Jhesu Crist M CC LXVIII, el mois de giskerech.

X.

Carta domini de Audenarde qua terram quam dedit nobis J. de Angre liberam fecit.

(Août 1270.)

Jou Jehans, chevaliers, apeleis sires de Audenarde et de Rosoit, fach a savoir a tous chiaus ki sunt et ki seront ke cum il fust ensi ke Jues de Angre ki jadis fu mes ballius ewist donne et ait donne al abbe et au couvent de Camberon en aumosne a leur porte quatre bouniers, pau plus pau mains, de tere ke il avoit aquis entre lui et dame Mehaut se feme el teroir de Goi,

et ceste aumosne ait fait par teile entention ke apries le decies de lui et de celi Mehaut, se feme, en doivent estre rendu si forfait et li poure aidiet tant cum li valeurs de chou senstendera, et par le los de celui ait este fait de cui il tenoit cele tere en fief, cest de Bauduin le castelain de Lessines, si cum plus plainement est contenu en mes lettres par les queles jou ceste aumosne ai confermee et conferme perpetueilment si cum sires terriens, il avint puissedi ke Jehans, cui on appele Parentes, ki apries celui Bauduin fu et encore est castelains de Lessines, mist debat a cele tere pour un cens de XII deniers ke il i clamoit par an, si cum a aucunes autres teres, dont li eglise de Camberon se voloit excuseir et defendre si cum drois estoit par chou ke tant estoit fait de cele tere et si bien faitement li estoit et est dounee ke tout frankement le devoit et doit tenir. En ce tans dont et en ce point ke par chouse descordoient cil Jehans le castelains de Lessines de une part et li eglise de Camberon de autre, jou Jehans ki sires sui del liu et ki voloie et wel le pais des parties, me mis entre deus et teil conseil i mis ke cil Jehans li castelains de Lessines vint devant mi et devant mes homes et tout chou ki en cele tere afferroit et pooit afferir a lui et a ses oirs plainement il le reporta en me main et le werpi une fois et autre et tierce pour lui et pour ses oirs a le glise de Camberon wes, et adont jou pour Dieu et pour pais et por lamour ke jou ai a le glise de Camberon, jou assous et affranki cele tere de tout siervice coument ke il puist estre entendus ou a appeleis et franc alluet en fis et en estat et en nature de franc alluet je le reportai et rendi et mis entierement en le main de le glise de Camberon pour tenir a tous jours en ceste frankise, pour chou ke li portiers de Camberon en puist frankement faire le preut del preudome et de le preude feme ki pour leur armes sont aumosnee, et tout chou fis jou et ai jou fait sollempneilment par mes homes et par les homes celui Jehan le castelain ki bien disent pour droit ke je bien le peuch faire et ke bien est fait et par loi, si ke cil Jehans et si oir ne autres ni pueent jamais rien clameir par droit, et ceste tere devant dite doi jou warandir a le glise de Camberon a tous jours encontre tous homes si cum sires ki i ai retenu et retieng tant seulement me justice. Et a tout chou fermement warandeir et tenir oblige jou mi et mes oirs perpetuelment par ces lettres ke jou a le glise de Camberon en ai dounees sailees de men saiel, lan del Incarnation Jhesu Crist mil deus cens sexante dis, el mois daoust.

XI.

Sigillum domini O. de Trasegnies de decima de Thorincourt.

(Mars 1255.)

Universis presentes litteras visuris vel auditoris Osto, dominus de Trasegnies, salutem in Domino. Noverint universi quod cum Gillardus de Thorincourt, bone memorie, quondam fidelis meus, decimam quam de me tenebat et tenere debebat in feodum, in parrochia de Thorincourt, pro salute anime sue totaliter in puram elemosinam contulerit porte monasterii Camberonensis, ad opus pauperum, ego Osto predictus, pro remedio anime mee et antecessorum meorum dictam elemosinam tam pie factam tanquam dominus feodi laudavi et approbavi et ad munimen et confirmationem predictae elemosine sic facte, presentes litteras patentes emisi sigilli mei munimine roboratas. Actum anno Domini M^o CC^o tricesimo tertio mense martio.

XII.

Sigillum curie Cameracensis de eadem decima.

(18 juillet 1255.)

Universis presentes litteras inspecturis, officialis Cameracensis salutem in Domino. Noverint universi quod Balduinus, filius quondam Gillardi de Thorincourt, in nostra constitutus presentia recognovit et confessus est quod dictus Gillardus, pater suus, quondam in plena vita sua donavit irrevocabiliter donatione inter vivos, in puram elemosinam et pro remedio anime sue, ecclesie beate Marie Camberonensi, ad usus porte ipsius ecclesie, totam decimam quam in feodum tenebat idem G. a domino Ostone de Trasegnies, in parrochia de Thorincourt, ab ipsa ecclesia in perpetuum hereditarie possidendam pariter et habendam, et quod dictus dominus Osto miles in dicta collatione, tanquam dominus rei collate, consensum suum prebuit pariter et assensum et collationem eandem a dicto patre suo

factam idem Balduinus voluit, laudavit et approbavit coram nobis. Et nichilominus ex habundanti si quid juris habebat vel habere poterat vel debebat aut sibi competeat seu competere poterat in decima eadem, ratione successione paterne vel alia quacumque, totaliter cessit et quitavit ecclesie memorate, et omnem decimationem in propriis hortis, pratis et arboribus suis infra dictam parrochiam existentibus, de novo eidem ecclesie in elemosinam contulit et concessit hereditario jure percipiendam perpetuo ab ipsa ecclesia pariter et habendam, volens et concedens quod sepedicta ecclesia tam in dicta decima a dicto patre suo collata, prout se extendit tam in veteribus quam in novalibus, quam etiam decimam in hortis propriis, pratis et arboribus predictis, percipiat, colligat et habeat in futurum. Renuntians etiam in hoc facto omni juri, omni auxilio juris tam canonici quam civilis, exceptioni doli mali, omni dolo et fraudi, omni actioni reali et personali, omni consuetudini et statuto patrie et loci, beneficio restitutionis in integrum et aliis omnibus et singulis que sibi nunc competunt aut competere possent in posterum, et dicte ecclesie ad retractandas collationes antedictas, et que contra presens instrumentum objici possent vel in factum seu personas. Et promisit fide interposita corporali et addito juramento quod contra collationes et concessionem ac quotationes predictas per se vel per alium non veniet nec venire procurabit in futurum, nec aliquid in predicta decima de decimatione de cetero reclamabit seu faciet reclamare, nec artem vel ingenium queret per quod premissa valeant retractari, et quod super predictis decima et decimatione nec litem nec calumpniam adversus predictam ecclesiam suscitabit de cetero coram aliquo iudice ecclesiastico vel forensi, se et heredes suos ad premissa omnia et singula astringendo, et se et sua omnia nostre propter hoc jurisdictioni supponendo ac etiam concedendo, quod nos ipsum ad observationem premissorum omnium et singulorum per censuram ecclesiasticam quotiens opus fuerit sine lite et cause cognitione compellamus, ubicunque transferat se vel moretur. In cujus rei testimonium, memoriam atque robur, litteris presentibus sigillum sedis Cameracensis duximus apponendum. Datum anno Domini M^o CC^o quinquagesimo quinto, feria tertia ante Magdalene.

XIII.

Carta abbatis et conventus de Geraldimonte de quodam redditu quem nobis quittant.

(Mai 1276.)

A tous chiaus ki ces lettres veront et oront, freres Sohiers par la grace de Dieu, abbes de Saint-Adrien à Germalmont, et li couvens de cel meismes liu, salus et conissance de verite. Cum ensi fust ke nous as religieux homes labbe et le couvent de Camberon, demandissiens et demandeit laiens demi mui de blet et demi mui davaine, et rechiut et eut laiens en aucun tans, et a chou rendre et payer mesissent debat li abbes et li couvens de Camberon, si cum cil ki point ne nos en devoient par droite rente, ne en autre maniere devoir ne le nos cuidoient, por chou ke nous ne poons prouver ne demonstrier par raison souffissant ke il le nous duissent, et specialment por chou ke nous naviens ne encore navons cartres ki de chou parolent, ne fachent mention, ne instrumens ne autres munimens ki a che demi mui de blet ne a che demi mui davaine demander ne requerre nos duissent ne peussent valoir, conduire ne warandir. Nous faisons a savoir a tous, ke por bien, por pais et par commun assens, li abbes et li couvens de Camberon ont tant fait a nous et enviens nous parmi vii livres de Paris ke nous en avons eut et rechiut, et bien nos en tenons a payes, et lesquels nous avons mis et tournes et convertis el pourfit et el utiliteit de nostre glise, ke nous leur avons quitteit et quittons bonement che demi mui de blet et che demi mui davaine, et renonchons et avons renonchiet a tous drois ke nous i aviens ne poiens ne cuidiens avoir. Et leur avons enconvent ke mais par nous ne par autrui ne leur demanderons ne requerre ne reclamer ne leur ferons, et sensi estoit ke nous euissiens euz en aucun tans, ou nos poiens encore trouver deviers nous ou deviers autrui cartres, instrumens ou autres munimens ki de chou parlaissent ne fesissent mention, ne fuissent por nous et encontre chiaus de Camberon, nous leur devons rendre bonement et loiaument, sans contredit et sans nul debat et sans lor coustenge. Et por chou que cil de Camberon soient a plus grant

seurteit de ces choses deseure dites, et ke che soit ferme cose et estaule, nous leur en avons donneit ces presentes lettres saieles de nos saiaus, lan del incarnation Jhesu-Crist mil deus cens septante-sis, el mois de mai.

XIV.

Carta de donatione B. Bohiers x caponum annuatim porte Camberonensi.

(Baudour, mars 1283)

Sachent tout chil ki cest escrit verunt ou oront, ke Bauduins Bonhiers de Harchies donna jadis perpetuelment por Dieu en aumosne sour trois journes de sen pret, pau plus pau mains, et tient li journes cent verges, dis capons par an a le porte de Camberon labbie, a payer cascun an au Noel. Liquels preis gist a Symon Fosseze en le tenanche de Baudour, et est li aumosne et fu des x capons faite sour tous les trois journes devant nommes. Et ja soit chou ke Jehans des Cans ki eut le fille Baudet Bonhier a feme, ait vendut bien et a loi, a Jehan Agache de Herchies cent verges dou pret devant nommet, bien est markandet et convenenchieit ke se Jehans Agache ou si oir avoient damages ou estoient requis desdis capons paier, traire puent et doient a deus autres journes de pret por lesdis capons paier, et por les damages kil i aroient eut, par leur plain dit. Et bien est ausi a savoir ke les deus journes de pret devantdis, on ne peut mais vendre ne karchier de riens sans lassens Jehans Agache ou ses oirs. A chou faire fu cumme maires de Baudour, Jakemes li maires, et si fu Henris li baillieus cumme baillieus, et cum eskievin i furent Gerars dou Pire, Jehans Giois, Jakemes de le Broiere, Watiers Boursars et Robiers dou Tiertre li cambiers. Cou fu fait et recouneut a Baudour, lan del incarnation Jhesu-Crist mil et deus cens quatre vins et trois, le jour dou grant quarsme¹.

¹ Au bas de cet acte on lit : « Che chirographe warde Jakemars li Cambiers. »

XV.

Acquest de trois journeis de terre a Parance.

(2 juin 1317.)

Sachent tout cil qui cest escript veront ou oront ke li abbes et li couvens de Camberon del ordene de Cystiaus, ont accateit bien et loialment a Giertrut Cousin et a ses hoirs trois jorneis de tiere, pau plus pau mains, gisans en une pieche devant le court de le Bruyere con tient de le demisieie dou Corroit et de Gillien sen fil parmy dys deniers blans par an de cens a payer a le Saint-Remi, liqueile Giertrus se tient bien et entirement a solse et a paie, por li et por ses hoirs dou pris de cel accat, des quels trois jorneis, pau plus pau mains, de tiere devant dis lidicte Giertrus sest deshiretee bien et a loy et en est ahireteis bien et a loy par le gret et par le los dou signeur qui siervis en fu dans Jehan de Lisle moines portiers de Camberon ou nom del abbeit et dou couvent de Camberon et de leur eglise aves les commons povres de leur porte por tenir frankement et perpetuelment, si com leur boin hiretage, parmy dys deniers blans de cens par an a payer a le Saint-Remy, a le dessus dicte demisieie dou Corroit ou a Gillion sen fil ou a leur hoirs, lequel cens li dicte demisieie, Gille, ses fils et leur hoir sunt tenu de recevoir de chiaus de Camberon devant dis paisiuelement sans nul debat et sans nulle autre exaction ou debite demander ou avoir as trois journeis de tiere devant dis. A cest vendage et a cest ahiretement faire furent com eskevin Jehans de le Planke, Jakemes de le Riviere, Stieves Cousins, Gilles Cousins et Arnouls li Cuveliers. Et comme maires y fu Gilles de le Motte. Che fu fait en lan de grasce mil CCC et dissiept, le joefdi prochain apries le Triniteit. Et jou Gilles dou Corroit dessus nommeit cognois toutes les coses devant dictes iestre faittes bien et a loy par le greit et par le los me demisieie de mere et de my qui siervit en fumes et les ay enconvent a tenir bien et loialment par my et pour mes hoirs sans jamais aler encontre et sans jamais nulle droiture demander as trois journeis de tiere devant dis, fors le cens des dys deniers blans par an. Et en tiesmoingnage de veriteit jou ay ces presentes lettres saieles de men saiel.

XVI.

Charta de eosdem.

(2 juin 1517.)

Weten alle di zin dat Jan, den Porter van Camerou, heeft ghecocht jeghen Geertrut Cusins en de haren oren drie dachwant lants, lettelt men of lettelt meer, dat gheleghen es voer thof ter Bruiere dat men hout van mir joncfrowe van Corroit ende van Gillis hare zone, uten welken goet x de oude sciars te Sainte Bamesse omme ene somme van penninghe den welke der Jan vorseet wel ende wetelicke heeft vergoude, voert es te wetene dat dans Jan voerseide nes ¹ scudech ² te setten ghen sterfelike laet. Vort es te wetene wie de d. x d. vorseet brochte mir ioncfrowe vorseet of Gilis hare zone moeste die ontsaen of dighene dien here steden waren. Ende mids den x d. vorseet es dat vorseet lant siver ende quite van alle dinghe. Hir over waren alsoe scepenen Jan vander Plancken, Jacob van de Riviere, Stevene Cuzin, Gillis Cuzin, Arnoel de Cuyper, mir ioncfrowe van Corroit en Gilis haers soens ende Gillis vander Motten alsoe meir, int jar Ons Heren, as men screef M CCC ende XVII, donredachs na de Triniteit.

(Février 1551.)

Sachent tout qui sont et qui avenir sont que li portiers de Cambron a cescun an perpetuelment sour un preit qui est gisans a Schendelbeke da-leis le Tenre et que on appielle le preit del hospitaal, xiv cappons et xii saus de blans cescun an, lequel preit celles del hospitaal de Grammont sont tenans. Et est assavoir que ossi tost que seur Agnies de Wartébeke sour dou devant dit hospitaal scra allee de vie a mort, se convenra chieus de celles dou devant dit hospitaal mettre un morale debteur et cheluy annee double acat a chescune mort. A chou chi faire furent Jehan de Lattre, Jehans li Peskieres et Dibbout de le Leke, comme eskevin de Schendelbeke, et Gillis Maishostes, comme maires. Chou fu en lan que on dist M CCC et XXXI, le deluns apreis le jour dou grant quaremme.

¹ Nes, niet is.² Scudech, schuldig.

SECTIO QUARTADECIMA.

CARTARUM DE ELEMOSINIS.

INCIPIUNT

CAPITULA CARTARUM DE ELEMOSINIS.

- I. Carta B. de Winthi de viii libris apud Jorbise.
- II. Carta de redditibus N. Panche de Bouc de Tornaco.
- III. Carta decani de Cirvia de elemosina H. militis.
- IV. Carta ejusdem de elemosina S. Housiaul de Gage.
- V. Carta G. Rosnacensis canonici de redditu xii solidorum.
- VI. Carta Rosnacensis ecclesie de iv bonariis terre de Wadripont.
- VII. Carta domini H. de Lens de redditu de Kenaste, xx solidorum.
- VIII. Carta domini G. de Villa de licentia acquirendi xx boneriorum pratorum.
- IX. Carta de iv^{or} boneriis terre de Monstertuel juxta Hakegnies.
- X. Carta de elemosina domini W. de Ligne.
- XI. Carta Yolendis de Hierges de vii jorneriis terre.
- XII. Carta O. de Silli de x jorneriis terre P. de Torincourt.
- XIII. Carta N. de Mainwaut de xx sextariis avene.
- XIV. Carta castellani de Gant de domo nostra de Gant. (Hec data Barratis Gandensibus anno gratie M^o CC^o LXXX^o VII^o, propter concordatum erga ipsos factum.)
- XV. Carta de elemosina domini G. de Jace.
- XVI. Carta O. de Trasignies de quatuor boneriis terre emptis a domino de Genlain.
- XVII. Carta ejusdem de xx libris apud Gondrignies.
- XVIII. Carta O. de Contrecuer de elemosina sua x librorum.
- XIX. Carta E. de Aingien de eodem.
- XX. Carta domini de Aingien de elemosina N. de Ranchre.
- XXI. Carta ejusdem de maieria de Geraldimonte.
- XXII. Carta abbatum de Camberone et de Geraldimonte de eodem.
- XXIII. Carta J. de Kievi de censu iv solidorum.
- XXIV. Carta Fressendis de Kievi de censu xii denariorum.
- XXV. Carta S. de Aingien de terra quam emit P. de Elcezele.
- XXVI. Carta H. de Lens de terra quam vendidit Brudemant.

- XXVII. Carta W. de Lens de eodem.
- XXVIII. Carta domini de Hamaidia de elemosina sua 14^{or} boneriorum terre.
- XXIX. Carta W. de Ainghien de quadam elemosina quam dedit nobis W. de Hainuwieres.
- XXX. Carta curie Tornacensis de elemosina G. canonici de Leuze.
- XXXI. Carta R. de Maude de elemosina sua.
- XXXII. Carta de elemosina W. Pawillon.
- XXXIII. Carta curie Tornacensis de elemosina J. et B. de Tornaco fratrum nostrorum.
- XXXIV. Carta ejusdem de domo nostra in Tornaco, que fuit Ar. dicti le Tondeur.
- XXXV. Carta G. de Winthi de elemosina x librarum (redite sunt).
- XXXVI. Carta G. de Rodes de eodem (C. libr. et redite).
- XXXVII. Carta J. domini de Lens de xl solidis annui redditus ad pitantiam conventus.
- XXXVIII. Carta de elemosina Stassardi de Lens.
- XXXIX. Carta de elemosina Johanne, filie le Parkeminier.
- XL. Carta domini Balduini de Gandavo de..... conventus.
-¹. De elemosina domini B. de Piruweis, quere in titulo de contractibus nostris, titulo xxii.
- Instrumentum dunne aumosne de vii mesures une ligne et v verges de terre que Jehan Wersier acquist desous labbesse de Mecinnes.

¹ Ce dernier acte, quoique mentionné dans la table, ne se trouve pas dans le texte.

CARTARUM DE ELEMOSINIS.

I.

Carta Balduini de Winti de viii libris apud Jorbise.

(1218.)

In nomine sancte et individue Trinitatis amen. Nos Balduinus de Wintino et Mathildis karissima mater mea, notum facimus universis tam presentibus quam futuris quod pro remedio animarum nostrarum ecclesie beate Marie de Camberon, cujus fraternitatem obtinuimus et in qua Deo largiente locum eligimus sepulture, dedimus octo libras alborum annuatim in elemosinam perpetuo possidendas, ad anniversaria nostra celebranda, capiendas apud Jorbise ad novalia et ad terras nostras et, si opus fuerit, ad census nostros quos in eadem villa possidemus. Ut autem hec donatio rata perpetuo perseveret, dignum duximus presenti pagine sigilla nostra apponere et testium nomina subnotare. Testes : Eustachius de Rues; Godofridus de Wintino; dominus Theobaldus, abbas de Bodelo; Wido, monachus de Camberon et Fastredus, conversus. Actum anno Domini M^o CC^o octavo decimo.

II.

Carta de redditibus Nicholai Pance de Bouc de Tornaco.

(... ..)

Ego frater Daniel, monasterii Camberonensis minister humilis, notum facio fidelibus universis tam presentibus quam futuris quod Nicholaus

cognomento Pance de Boc in civitate Tornacensi, in loco videlicet qui dicitur Rihangia, furnum unum cum omnibus hospitibus ad eundem furnum pertinentibus et omnes redditus quos in eadem civitate in denariis et caponibus possidebat, exceptis quatuor redditibus, nobis et domui nostre in elemosinam contulerit. Noverint etiam omnes fideles quod Henricus furnarius et uxor ejus nobis et domui nostre in elemosinam dederint quicquid in parrochia Sancti Briccii, tam in mobilibus quam in hereditate, habebant. Hec ut firma sint presenti scripto ne defluant allegavimus et, tam impressione nostri sigilli quam interpositione cyrographi, munivimus et testes idoneos et fideles adhibuimus, Gonterum videlicet de Bure, Thomam, Gosowinum, Walterum Baructe, Stephanum de Morruet, Amizet de Aronsart, Goselinus de Veson; hii prenominati sunt scabini.

III.

Sigillum decani de Chirvia de elemosina Hugonis militis de Gage.

(1218.)

Ego S., decanus de Chirvia, notum facio universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis quod Hugo miles de Gage donaverit ecclesie de Camberon pro salute anime sue, consentiente M. uxore sua et filiis ejus E. et W., dimidium jornarium terre site in loco qui dicitur li Vau de Gage libere et quiete perpetuo possidendum. Insuper et dimidiam partem terragii v jornariorum terre site in territorio de Gage supra le Godenbeke. Ut autem hec donatio rata permaneat, presens scriptum sigilli nostri appensione et testium subnotatione roboravimus. Testes W. prior, G. cantor, Hugo et Herbertus conversi, Nicholaus, sacerdos de Ligne, Geraldus, clericus de Atre, Egidius de Brugeletes, Walterus de Gage, Nicholaus et Hugo frater ejus de Brugeletes nobiles; Wido de Atre, miles, et alii multi. Actum anno Domini M^o CC^o XVIII^o.

IV.

Carta ejusdem de elemosina Sygeri Housial de Gage.

(1218.)

Ego S., decanus de Chirvia, notum facio universis presentem paginam inspecturis, quod H. de Gage miles et M. uxor ejus et filii ejus E. et W. resignaverunt quicquid juris habere credebant in uno bonario terre et dimidio site in territorio Lombisie, quem Sygerus Hosiaus de Gage ecclesie beate Marie de Camberon contulerat dimidio sane bonario collato ecclesie de Lombisia, bonario vero specialiter ecclesie de Camberon, ac pro remedio anime sue prefate ecclesie de Camberon libere et perpetue in perpetuum tradiderunt. Ut autem hec donatio rata permaneat et incassa, presens scriptum sigilli nostri appensione et testium subnotatione roboravimus. Testes Werricus, prior; Nicholaus, subprior; Gillebertus, cantor; Hugo, Herbertus, conversi; Symon de Montegni, Johannes de Cambron, Matheus de Chirvia, sacerdotes. Actum anno Domini M^o CC^o XVIII^o.

V.

Sigillum Widonis canonici Rosnacensis de redditu XII solidorum.

(Octobre 1221.)

In nomine Patris et Filii et Spiritus. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod ego Guido de Brache, canonicus Rothnacensis, condendo testamentum meum, ad honorem Domini et beatissime semper virginis Marie et pro salute anime mee, legavi ecclesie beate Marie de Camberon in puram et perpetuam elemosinam, XII solidos alborum accipiendos annuatim in Nativitate beati Johannis Baptiste de dimidio bonario terre, quod jacet in loco qui dicitur Ad nemus et de uno jornario prati et una mansura que jacet ad paludem, que omnia emi a Bartholomeo Cirvia de Palude de quibus etiam ipse Bartholomeus tenetur solvere predictos denarios annuatim ad predictum terminum, ea quidem

conditione ut conventui dicte ecclesie in die obitus mei de hac elemosina pitancia procuretur, et quamdiu vixero usumfructuum vel condignam recompensationem ab ecclesia recipiam. Ut autem hec elemosina in evum rata et inconvulsa permaneat, testium et sigilli mei munimine presentem paginam confirmavi. S. Gosuini capellani; S. Johannis villici; S. Henrici de Pomerio. Actum publice in ecclesia de Brache, parrochianis et sacerdote presentibus, anno Verbi incarnati M^o CC^o XXI^o, mense octobri.

VI.

Carta capituli Rothnacensis de III^{or} bonariis terre de Wadripont.

(1222.)

In nomine sancte et individue Trinitatis, J. prepositus, E. decanus, totumque quod cum eis est Rothnacense capitulum, omnibus presentem paginam inspecturis salutem in Domino. Noverint universi quod M. dicta de Vaaldriponte quatuor bonaria nemoris, parum plus vel minus, jacentis inter Sanctum Salvatorem et Dergnau, contulit monasterio de Camberon in remedium anime sue liberaliter et in perpetuum possidenda. Ut igitur veritas ista rata et inconcussa permaneat eam fecimus sigilli nostri munimine roborari, nomina eorum qui interfuerunt adnotantes: S. J. prepositi; S. E. decani; S. S. custodis; S. Walteri, S. Guidonis, S. Henrici canonicorum; S. Walteri de Cortraco; S. Boidini de Hermergyen; S. Walteri Braibant, militum. Actum anno Domini M^o CC^o XXII^o.

VII.

Sigillum domini H. de Lens de reditu de Kenaste, XX solidorum.

(Mai 1223.)

Ego Hugo de Lens, dominus de Kenaste, universis tam presentibus quam futuris presentem paginam inspecturis. Notum facio quod ego divina instructus inspiratione, ecclesie beate Marie de Camberon in perpetuum tam

pro remedio anime quam meorum, viginti solidos alborum in elemosinam contuli, recipiendos annuatim ad censum meum de Kenaste infra octavas beati Remigii, priusquam de eodem censu ad valorem duorum solidorum aliquid recipiam. Ut igitur hec tam pia donatio rata in posterum perseveret sigilli mei appensione presens scriptum roboravi. Actum apud Kenaste in presentia Lamberti ejusdem ville sacerdotis, Nicholai villici, Lamberti de Hasia, Nicholai Carpentarii, Raineri de Bussoit, Raineri de Ponte, Lamberti de Ponte, Walteri de Moncello et Stephani del Joncoit, scabinnorum ville mee sepedicte. Anno Domini M^o CC^o XXIII^o, mense maio.

VIII.

Sigillum domini G. de Villa de licentia acquirendi xx bonaria pratorum.

(.. Juillet 1224.)

Ego Gerardus, dominus de Villa. Notum facio universis presentem paginam inspecturis quod ego divina inspiratione ductus pro remedio anime mee et meorum contuli de mea voluntate spontanea ecclesie beate Marie de Camberone, que mihi juncta est spiritualitate non modica, in territorio ville mee de Hautrege licentiam acquirendi xx boneria tam in terris quam in pratis, salvo censu debito uniuscujusque boneriorum persolvendo in Nativitate beati Johannis Baptiste annuatim. Et sciendum quod in omnibus pascuis communibus ejusdem ville de Hautrege, ubicunque mei homines habere videbuntur, exceptis illis que ab hominibus meis de censu et percensum tenentur de me ipso jam dicte ecclesie ad opus pecorum et pecudum suorum, plenariam participationem contuli nichilominus jure perpetuo possidendam. Ne igitur tam pie concessionem in irritum aliquando a me ipso, quod absit, vel a quolibet successore meo valeant revocari, presentem paginam sigilli mei appensione in robur et warandizationem tamquam meis hominibus, et testium annotatione roboravi. Testes: Albricus, Acardus, monachi; frater Robertus, conversus, et Mercator de Camberone, et frater Gonterus de Bavaco. Actum in domo mea de Villa, anno Domini M^o CC^o XXIII^o, mense julio, sabbato post festum beatorum Jacobi apostoli et Christofori martiris.

IX.

Carta de 11^{or} bonariis terre de Monsteruel juxta Hackegnies.

(1224.)

H. Decanus Sancti Briccii in Tornaco et J. ejusdem loci plebanus, universis presentem paginam visuris salutem in Domino. Quum labilis est admodum humana memoria, dignum est ut litteris commendetur quod pie ab hominibus celebratur. Innotescat igitur presentibus et futuris quod cum Nicholaus de Tiel et Mainsendis uxor ejus iter essent ad Sanctum Jacobum aggressuri, disponentes domui sue sapienter pro salute animarum suarum et suorum, ecclesie beate Marie de Camberone quatuor boneria terre sita in parrochia de Monstruel, juxta Hakiagnis que Hundrainsars nuncupatur, que justo modo possidebant, in puram elemosinam coram scabinis Tornacensibus contulissent et ipsi ab itinere prenotato incolumes ad propria reversi essent, prefatam elemosinam quatuor boneriorum eidem ecclesie factam coram Arnulpho et Rogero presbiteris, ratam et gratam habuerunt hujusmodi propositum ad aliud nullatenus in perpetuum nolentes permutare. Hoc sciendum quod iidem quamdiu vixerint usus fructus hujus terre sibi retineri voluerunt. Quod vidimus hoc testamur et verum est nostrum in hoc testimonium et ipsum presenti cartule commendatum nostris propriis sigillis roboramus. Actum anno Domini M^o CC^o XX^o IV^o.

X.

Carta de elemosina xl solidorum domini W. de Ligne.

(Février 1254-1255.)

Universis presentes litteras inspecturis, Walterus miles, dominus de Ligne, salutem in Domino. Noverint universi quod ego pro remedio anime domine Margarete dilecte, quondam uxoris mee, nec non et pro salute mea

omniumque antecessorum, et amicorum meorum, per laudamentum et consensum dilecti filii mei domini Walteri militis, contuli in puram elemosinam ecclesie beate Marie de Cambron XL solidos ad censum meum de Lignea, in festo sancti Remigii annis singulis percipiendos, ut ex eis in anniversarium ejusdem domine M., videlicet in festo sancti Dionisii, omnibus annis dicte ecclesie conventui fiat pitantia generalis. Eodem modo ecclesie de Spileu¹ xx solidos contuli et abbacie monialium prope Ath, que refugium beate Marie dicitur, totidem, die superius memorata in usus similes expendendos. Si vero de abbacia monialium prope Ath sita contingat, quod absit, ut abbacia minime perseveret, dicti xx solidi alio loco per abbatis Camberonensis consilium conferentur. Et sciendum quod hee quatuor libre a prefatis ecclesiis ad censum meum de Lignea in festo sancti Remigii annuatim percipientur, donec vel a me vel ab heredibus meis earum perceptio in alio loco competenti digne fuerit assignata. In cujus rei testimonium presentes litteras sigilli mei feci munimine roborari. Ipse quoque memoratus filius meus, dominus Walterus, quia sigillum proprium non habet, in signum consensus sui eisdem litteris sigillum apposuit domini Fastredi, fratris mei, avunculi sui. Actum anno Domini M^o CC^o XXX^o IV^o, mense februario.

XI.

Carta Yolendis de Hirges de vii jorneriis terre.

(Mai 1223.)

Ego Yolendis de Hirges, domina Dauberive. Notum facio universis presentem paginam visuris, quod ego divina ducta inspiratione pro remedio anime mee et parentum meorum, pro fraternitate integra et orationibus domus de Camberon habendis, pro animabus Henrici mariti mei, Egidii filii mei, Eve filie mee, filiorum ac filiarum, fratrum ac sororum, nec non et omnium amicorum meorum, contuli de proprio allodio meo septem jorneria terre sita in territorio de Lens in elemosinam ecclesie Sancte-Marie de Camberon jure perpetuo possidenda. Laudo etiam et gratum habeo quicquid

¹ Espinlieu.

eadem ecclesia acquisivit acquisitione vel mutatione a domino Waltero de Masnui et aliis per ejus consilium de feodo suo quem de me tenebat, usque ad septem boneria terre in territorio de Masnui. Ut autem hec tam pia donatio et hec gratihabitio, rate in perpetuum permaneant, et ne jam dicta ecclesia ab aliquo super jam dictis in posterum valeat molestari, presentem paginam conscribi feci et eam sigillo meo roborari. Actum anno Domini M^o CC^o XX^o quinto, mense maio.

XII.

Carta domini O. de Silli de x jornalibus terre P. de Thorincourt.

(Septembre 1228.)

Ego Osto dominus de Trasnignies. Notum facio universis tam presentibus quam futuris, quod Petrus de Thorincourt miles in mea et hominum meorum Hugonis videlicet de Gage et Jacobi de Brugeletes, fratrum et militum, constitutus presentia, pro remedio anime sue nec non et pro salute omnium antecessorum atque heredum suorum, circiter x jornalibus terre site in territorio de Thorincourt, que de me tenebat in feodum, per laudamentum et assensum meum ecclesie beate Marie de Camberone in elemosinam contulit jure perpetuo possidenda. Hanc autem donationem tam pie factam filii predicti Petri, Drogo videlicet miles et Petrus, in presentia mea laudaverunt et gratiam habuerunt, et predictae ecclesie habendam in perpetuum concesserunt. Ne vero super hac donatione tam legitima predicta ecclesia de Camberon aliquam in posterum patiatur injuriam, ego Osto tamquam dominus eam contra omnes homines garantizare teneor et ab omni inquietatione defensare. Ut autem hec omnia rata et inconvulsa in perpetuum perseverent, presens scriptum sigilli mei feci munimine roborari. Actum anno Domini M^o CC^o XX^o octavo, mense septembri.

XIII.

Carta domini Nicholai de Meinwaut de xx sextariis avene.

(Meinwaut, 9 octobris 1228.)

Universis presentem paginam inspecturis Nicholaus de Menwaut miles salutem in perpetuum. Noverit discretio vestra quod cum questio verteretur inter nos ex una parte et ecclesiam beate Marie de Camberon Cisterciensis ordinis ex altera super possessione cujusdam nemoris siti in territorio parrochie de Menwaut, post multas altercationes, bonorum virorum inducti consilio pro bono pacis composuimus in hunc modum: quod nos libere et absolute contulimus ecclesie memorate in puram elemosinam xx sextaria avene ad mensuram montensem, recipienda super xiv jornaria terre, quam videlicet terram Gosuinus de Annieres jure hereditario possidet a nobis sub censu quatuor modiorum avene et x caponum. Ex hiis vero ecclesia Camberonensis xx sextaria avene in Natali Domini in perpetuum recipiet, nos vero residuum si vero contingat, quod absit, ut temporibus debitis et statutis illa xx sextaria avene superius expressa, tam a Gossuino tam ab ejusdem terre futuris temporibus possessoribus negligantur seu indebite persolvantur, ecclesia de Camberon legem ville pro pena secuta sicut verus dominus fundi ad voluntatem suam recipere valebit. Ut autem hec donatio tam pie facta rata et inconcussa in perpetuum perseveret, presens scriptum sigilli nostri appensione necnon et nobilium virorum qui interfuerunt videlicet domini Theoderici de Anveng, domini Walteri de Ligne, domini Theoderici de Hamaidia, sigillorum testimoniis fecimus roborari. Actum apud Menwaut, anno Domini M^o CC^o XX^o octavo, in festo beati Dyonisii martiris.

XIV.

Carta castellani de Gant de domo nostra de Gant.

(1250)

Hugo castellanus Gandensis, universis presentes litteras inspecturis, salutem in Domino. Universitati vestre notum fieri volo quod ego pro

remedio anime mee et Ode dilecte uxoris mee et antecessorum nostrorum, de consensu et voluntate ipsius uxoris mee, mansuram illam quam ecclesia Camberonensis acquisivit a magistro Gilleberto Bone de Gandavo capellano Sancti Johannis, que in Briel juxta Gandavum sita est, qui locus sub meo dominio et potestate esse dinoscitur, ad preces dilecti consanguinei mei domini Sygeri, abbatis Camberonensis ecclesie, concessi eidem ecclesie Camberonensi in perpetuum possidendam. Ita quod memorata ecclesia in dicta mansura mansionem unam ad inhabitandum construi faciat, et in eadem mansura familiam unam quamcumque voluerit faciat inhabitare pro voluntate sua. Censum autem qui de eadem mansura mihi provenire solebat et debebat quitum clamo in perpetuum. Concedo etiam et heredes mei ut dicta mansura cum familia que ibidem manserit de voluntate prefate ecclesie Camberonensis libera sit et immunis ab omni tallia, exactione et alio quolibet jure civili in perpetuum. Et ut hoc ratum sit et stabile, presentem cartam appensione sigilli mei emisi roboratam. Datum anno Domini M^o CC^o tricesimo.

XV.

Carta de elemosina domini Gossuini de Jauce.

(Valenciennes, 25 janvier 1252.)

Fernandus Flandrie et Hainoensis comes, et Johanna uxor ejus, Flandrie et Hainoensis comitissa, omnibus presentes litteras inspecturis salutem. Noverint universi quos nos donationem quam bone memorie dominus Gosuinus de Jauce fecit, coram hominibus nostris, ecclesie de Camberon in decessu suo super tribus boneriis terre sitis apud Cirviam que de nobis tenebat in feodum, laudamus et approbamus presentium testimonio litterarum. Actum apud Valencenas, in die Conversionis Sancti Pauli, anno Domini M^o CC^o XXX^o II^o.

XVI.

Carta domini O. de Trasegnies de 14^{or} boneriis terre emptis a domino de Genlaing.

(Mars 1255-1254.)

Ego Osto dominus de Trasegnies, notum facio presentibus et futuris, quod ego vendagium quatuor bonariorum terre, quod dilectus et fidelis meus dominus Walterus de Genlaing, fecit ecclesie beate Marie Camberonensi, quos bonarios prefatus W. acquisivit ad dominum Joifridum de Tongres hominem suum, plenarie laudavi et concessi. Et ne super hoc dicta ecclesia in posterum possit calumpniari, prefate ecclesie contuli presens scriptum sigilli mei appensione confirmatum. Actum anno Domini M^o CC^o XX^o tercio, mense martio.

XVII.

Carta domini O. de Trasegnies de elemosina xx librarum apud Gondrengien.

(Janvier 1254-1255.)

Ego Osto dominus de Trasignies et de Silli, notum facio universis presentibus et futuris presentes litteras inspecturis, quod ego pro remedio anime mee necnon et antecessorum meorum, et maxime pro restitutione ablatorum seu injuste perceptorum, tam a me quam antecessoribus meis a nostris hominibus de Silli aliis quibuscumque, assignavi, xx libras alborum et legalis monete currentis in Hannonia, ecclesie de Camberon percipiendas singulis annis in perpetuum, centum solidos ad census meos de Silli et de Gondrengien, residuas xv libras ad terragia mea quadraginta duorum bonariorum et dimidii, in territorio de Gondrengien, xx et unius et dimidii, in territorio de Silli, scilicet de terra Nicholai le Bouc, et Stephani, fratris ejus, usque apud Blankencomortier, item ad redditus meos avene, capponium et denariorum qui michi debentur in locis predictis quos redditus et debitores eorundem sic duxi exprimendos : Englebertus Bonstins debet de

dictis redditibus unum modium avene et quatuor cappones et unum denarium; Gillebertus Asinus dimidium modium avene et *iiii*^{or} denarios; Arnulphus de Corileto et Amoricus filius ejus modium et dimidium avene et *vi* cappones et *xii* denarios; Rica mulier, duos sextarios avene et *ii* cappones; Arnulphus sutor, unum sextarium avene et unum capponem; Helvidis Regina, *ii* cappones; Rogerus Longejambe, *ii* cappones; Leonius de Monte, *iii* sextaria avene et *ii* cappones, et *iiii* denarios; Liciardis, *iii* sextaria et *iii* cappones et *xii* denarios; Ysabella de Garbarmont, *iii* sextaria et *iii* cappones et *xii* denarios; Ermengardis, *iii* sextaria et *iii* cappones et *xii* denarios. Predictas meas *xx* libras posui in manum viri religiosi abbatis Camberonensis, quicumque fuerit, reddendas loco et tempore per me et antecessoribus meis quibuscumque reclamatoribus qui poterunt probare legitime quod ab eis aliquid violenter extorsimus vel sine lege et iudicio aliquid ab eis accepimus. Preterea sciatur ab omnibus quod predictas *xx* libras tenemur, tam ego quam successores mei vel heredes, dicte Camberonensi ecclesie garandire et eidem facere deliberari singulis annis in perpetuum sicut superius est expressum. Et cum nulli apparuerint reclamatores, prout dictum est, sepredictas libras ecclesie Camberonensi predictae pro remedio anime mee et antecessorum meorum in puram et perpetuam elemosinam contuli et concessi possidendas. In cujus rei testimonium et munimen presentes litteras patentes emisi sigilli mei munimine roboratas. Actum anno Domini *M*^o *CC*^o *XXX*^o quarto, mense januario.

XVIII.

Carta domini O. de Contrecuer de elemosina x librarum.

(Août 1233.)

Universis presentibus et futuris, Osto miles dominus de Contrecuer, in perpetuum. Universitati vestre notum facimus quod cum bone memorie pater meus Osto miles, dominus de Contrecuer, pro remedio anime sue ecclesie Camberonensi ad opus elemosine porte dicte ecclesie decem libras Flandrie monete, super allodiis suis annuatim percipiendis, in elemosinam

contulisset, nos dictas x libras ejusdem monete dicte ecclesie super molendino nostro apud allodium, quod a viro nobili Engelberto domino de Aingien possidemus in feodum, de assensu ipsius tamquam domini feodi presentibus hominibus dicti domini ad hoc sufficienter evocatis, legitimo juris ordine per omnia observato assignavimus deinceps singulis annis quiete et pacifice a dicta ecclesia in festo sancti Remigii percipiendas. In cujus rei testimonium, ut istud firmum et ratum habeatur, presentem paginam dicte ecclesie sigilli nostri munimine tradimus roboratam. Actum anno Domini M^o CC^o XXX^o quinto, mense augusto.

XIX.

Carta domini Ingelberti de Aenghien de eodem.

(Août 1253.)

Universis tam presentibus quam futuris, Engelbertus miles, dominus de Aiengien, in perpetuum. Universitati vestre presentium insinuatione notum facimus quod Osto miles, dominus de Contrecuer, homo noster, in presentia nostra constitutus presentibus hominibus meis ad hoc competenter evocatis, decem libras flandrensis monete, quas pater dicti Ostonis ecclesie Camberonensi ad opus elemosine porte dicte ecclesie laborans in extremis pro remedio anime sue in elemosinam contulerat super allodiis suis singulis annis percipiendas, de assensu nostro evocatis qui propter hoc fuerant evocandi super molendino apud allodium sito quod a nobis a dicto Ostone de Contrecuer possidebatur in feodum, assignavit deinceps quiete et pacifice et integre singulis annis in festo beati Remigii a prefata ecclesia percipiendas. Nos vero dicte ecclesie super dicto assignamento legitime promisimus et adhuc promittimus legitimam ferre garandiam adversus quemlibet eandem ecclesiam super hoc impetentem. Actum anno Domini M^o CC^o XXX^o V^o, mense augusto.

XX.

Carta ejusdem de elemosina Nicholai de Ranchove.

(Mai 1219.)

Ego Ingelbertus dominus de Aengin. Notum facio universis presentibus et futuris quod Nicholaus de Ranchove, in presentia mea constitutus de libera et spontanea voluntate sua bonarium terre ad Quercinum Stoccum et dimidium bonarium prati ad Haranbecam, per consensum meum et laudamentum et per testimonium scabinorum de Herines, dedit ecclesie beate Marie de Camberone in elemosinam perpetuo tenendam que terram et pratum..... eadem ecclesia reddidit predicto Nicholao tenendam de ipsa in perpetuo, sub censu annuo x solidorum infra octavas Omnium Sanctorum eidem solvendorum, et ad portam Camberonensis ecclesie memorate usibus pauperum convertendorum; ita quod si aliquis eidem ecclesie vel porte super censu suo injuriam intulerit ad terram suam manum mittere poterit. Sciendum autem quod post mortem jam dicti Nicholai heredes ipsius in perpetuum ab ecclesia Camberonensi et in ipsa ecclesia terram eandem et pratum relevabunt, pro recognitione sepedictę ecclesie duos denarios dabunt. Hanc autem elemosinam tam pie factam et legitime per omnia guarandizare et defensare teneor contra omnes homines qui eidem ecclesie super ipsa elemosina aliquam injuriam aut gravamen inferre presumpserint. Hujus rei testes sunt Petrus de Saintes, Henricus de Allodio, Gerardus de Feodo et Gerardus cognatus ejus, homines mei. Item, domnus Balduinus, abbas de Camberon; Gregorius, portarius; Nicholaus, monachi, et frater Julianus, conversus de Camberon. Actum anno Domini M^o CC^o XIX^o, mense maio.

XXI.

Carta ejusdem de maiera de Geraldimonte.

(Mai 1219.)

Ego Ingelbertus dominus de Aengien, notum facio universis presentibus et futuris, quod Walterus de Haubruiges in mea presentia constitutus, de mera et spontanea voluntate, sua maieram de Geraldimonte et masuram ad eam pertinentem, quas de me in feodo tenebat, per assensum meum et laudamentum ecclesie beate Marie de Cambron in elemosinam contulit perpetuo possidendas. Hujus rei testes sunt, Sigerus et Jacobus, karissimi filii mei, Walterus de Roavia, Walterus de Moriaumeis, Walterus de Longeroode et Petrus de Saintes. Actum anno dominice Incarnationis M^o CC^o XIX^o, mense maii.

XXII.

Sigillum abbatum de Camberone et de Geraldimonte de eodem.

(Grammont, 1221.)

Frater B. dictus abbas de Camberone totusque ejusdem ecclesie humilis conventus, omnibus Christi fidelibus presentes litteras inspecturis in perpetuum, salutem in Domino. Notum facimus universis tam presentibus quam futuris quod maeriam de Geraldimonte, quam Walterus de Hogebruge, per assensum viri nobilis Ingelberti de Aengien, nobis in elemosinam perpetuo possidendam donavit, Waltero, cognomento Grute, de Geraldimonte filiisque ejus hereditarie possidendam sub censu annuo LXX solidorum, nobis apud Geraldimontem ad festum Sancti Martini solvendorum, concessimus. Tali quidem conditione quod si infra triduum post festum Sancti Martini predictus census solutus non fuerit, maeriam nostram et omnem hereditatem suam saisire poterimus, sicut comes pro suo censu annuali quando sibi non solvitur infra terminum memoratum, vel si nobis placuerit per villicum et scabinos de Geraldimonte punnire poterimus. Salvo eo quod abbas et ecclesia Sancti Adriani censum mansure sue quo

ei tenetur in primis percipiat. Ut autem hec concessio rata et inviolata perseveret presentem paginam dignum duximus sigillorum appensione, videlicet nostri et oppidi de Geraldimonte, testium subscriptione et cyrographi interpositione roborari. Testes: dominus de Geraldimonte et dominus Radulfus de Ninive, abbates; S., prior de Camberon; A., magister operis ecclesie; Daniel, canonicus de Ninive; frater Petrus, conversus; magister Radulfus, presbiter de Geraldimonte; magister Symon; Julianus et Petrus, clerici de Geraldimonte; Theodericus, villicus de Geraldimonte; Thomas de Pollar; Johannes Gaidin, Walterus Malle, Willelmus de Ponte, scabini de Geraldimonte. Actum in Geraldimonte, anno Domini M^o CC^o XX^o prim^o.

XXIII.

Carta Fressendis de Kevi de censu xii denariorum.

(Août 1225.)

Ego frater Sygerus dictus abbas de Camberone, totusque ejusdem ecclesie humilis conventus. Notum facimus universis presentibus et futuris quod Fressendis de Kevi tenetur nobis et ecclesie nostre de Camberone singulis annis in perpetuum, nomine census, ad solutionem xii denariorum Valencenensis monete in die Nativitatis beati Johannis Baptiste, pro mansione sua de Kevi et septem jornariis terre sitis in territorio de Kevi, vel quicumque supradictam possessionem aliquando possidebit, que possessio memorata jure domini ad nos et nostram ecclesiam spectare dinoscitur. Et sciendum quod pro hujusmodi solutione prefati census annualis supradicta Fressendis, vel in ipsa hereditate successores, liberi erunt et absoluti ab omni exactione et vexatione humana quantum ad nos et nostram ecclesiam, ita quod in nullo nobis tenebuntur quantum ad possessionem superius memoratam, nisi in quantum homo liber et sicut liber suo domino tenere dinoscitur. Ut autem hec omnia firma in perpetuum perseverent et illesa, presentem paginam in cyrographum redactam conscribi fecimus et utramque partem sigilli nostri appensione duximus muniendam. Datum anno Domini M^o CC^o XX^o V^o, mense augusto, sabbato proximo post festum beati Petri ad Vincula.

XXIV.

Carta Johannis de Kevi de censu un^o solidorum.

(Août 1223.)

Ego frater Sygerus, dictus abbas de Camberone, totusque ejusdem ecclesie humilis conventus. Notum facimus universis presentibus et futuris quod Johannes de Kevi tenetur nobis et ecclesie nostre de Camberon, singulis annis in perpetuum, nomine census ad solutionem quatuor solidorum Valencenensium monete, in die Nativitatis beati Johannis Baptiste pro domo et mansione sua et uno horto suo anteriori, vel quicumque supradictam possessionem aliquando possidebit, que possessio memorata jure domini ad nos et nostram ecclesiam spectare dinoscitur. Et sciendum quod pro hujusmodi solutione prefati census annualis supradictus Johannes, vel in ipsa hereditate successores, liberi erunt et absoluti ab omni exactione et vexatione humana quantum ad nos et nostram ecclesiam, ita quod in nullo nobis tenebuntur quantum ad possessionem superius memoratam nisi in quantum homines liberi et sicut liberi suo domino tenere dinoscuntur. Ut autem hec omnia firma in perpetuum perseverent et illesa, presentem paginam in cyrographum redactam conscribi fecimus, et utramque partem sigilli nostri appensione duximus muniendam. Datum anno Domini M^o CC^o XX^o V^o, mense augusto, sabbato primo post festum beati Petri ad Vincula.

XXV.

Carta S. de Aengien de terra quam emit P. de Ellesiele.

(Juillet 1240.)

Ego Sygerus de Aingien, miles, notum facio universis presentes litteras inspecturis quod Petrus de Torincourt, homo meus, in mea et hominum meorum presentia constitutus quinque jornaria terre jacentis in territorio de Gage, quam de me tenebat in feodum, Petro de Elysele vendidit per

meum beneplacitum et consensum et eadem quinque jornaria terre dicte prefatus Petrus de Elysele, per meum nichilominus laudamentum in mea et hominum meorum presentia ecclesie beate Marie de Cambron in elemosinam contulit jure perpetuo possidenda, me volente et favorabiliter annuente, ut dicta ecclesia prefatam terram libere tamquam suam in perpetuum possideat et secure. In cujus rei testimonium et munimen presentes litteras sigilli mei feci appensione muniri. Actum et datum anno Domini M^o CC^o XL^o, mense julio.

XXVI.

Carta domini H. de Lens de xi bonariis terre quam vendidit Brudeman.

(Février 1241-1242.)

Universis presentes litteras visuris, H. dominus de Moriu frater nobilis viri W., domini de Lens, salutem in Domino. Noveritis me vendidisse justo precio Balduino, dicto Brudeman, novem bonaria terre arabilis, parum plus vel minus, que mea erant et que ego tenebam in liberum allodium meum et de jure tenere debebam sita in parrochia de Kenaste, juxta locum qui vocatur Florebecca in plures pechias, et de precio emptionis idem Balduinus mihi ad plenum satisfecit in pecunia numerata, et hoc presentibus confiteor. Et ego de voluntate ipsius B. et ad ejus instanciam dictam terram werpivi et tradidi ecclesie beate Marie de Cambron, in liberum allodium perpetuo libere possidendam, vocatis ad hoc tot nobilibus quot ad hoc faciendum sufficiverit lege et consuetudine patrie in omnibus et per omnia observatis, et etiam eodem modo et coram eisdem nobilibus cessi omne jus et dominium dicte ecclesie quod mihi vel meis heredibus competeat seu competere poterat nunc vel in posterum in terra prenotata. Et ad majorem firmitatem ego promitto me procuraturum quod quamcito Maria filia mea primogenita ad annos pervenerit discretionis et pubertatis predicta omnia laudabit et firmabit, ecclesie memoratae, et quitabit eidem omne jus et dominium que ei competent seu competere possent nunc vel in posterum in terra prenotata coram hiis qui ad hec fuerint evocandi et modo que fuerit faciendum lege et consuetudine patrie in om-

nibus observandis. Alioquin obligo me presentibus dicte ecclesie in XL libras alborum quas eidem ecclesie promitto me redditurum per stipulationem, dictis omnibus nichilominus suo robore perpetuo duraturis, et si quis dictam ecclesiam super dicto allodio impeteret vel molestaret, ego ipsam defendere me promitto presentibus, per stipulationem et garandisare legitime quociens ab ipso fuero requisitus. Omnia autem premissa facta fuerunt coram nobilibus pluribus ad hoc et propter hoc evocatis, tot numero quot ab hoc faciendum sufficiverit secundum legem patrie et consuetudinem que lex et consuetudo in omnibus et per omnia fuerunt observate. Renunciavi etiam expresse et presentibus renuncio pro me heredeque meo exceptioni omni minus justo precii et restitutioni in integrum et omni auxilio juris tam canonici quam civilis, quod mihi heredibusque meis competit seu competere potest nunc vel in posterum, tam contra dictum B. quam contra dictam ecclesiam occasione tocus conventionis vel alicujus particule supradicte. In cujus rei testimonium presentes litteras scribi feci et meo sigillo sigillari. Datum anno Domini M^o CC^o XL^o primo, mense februario.

XXVII.

Carta domini Walteri de Lens de eodem.

(Février 1241-1242.)

Universis presentes litteras visuris Walterus, dominus de Lens, salutem in Domino. Noveritis quod Hugo de Morriu, frater meus, vendidit justo precio Balduino, dicto Brudreman, novem bonaria terre sue arabilis, parum plus vel minus, quam tenebat in liberum allodium sita in parrochia de Kenaste juxta locum qui vocatur Florebecca in plures pechias et de precio emptionis idem Balduinus dicto H. satisfecit ad plenum in pecunia numerata, et ipse H., de voluntate dicti B., ad ejus instantiam dictam terram werpivit et tradidit ecclesie Camberonensi in liberum allodium perpetuo libere possidendam, vocatis ad hoc tot nobilibus quod ad hoc faciendum sufficiunt, lege et consuetudine in omnibus patrie et per omnia observatis, et etiam eodem modo quo coram eisdem nobilibus cessit idem H. dicte ecclesie Camberonensi omne jus vel dominium quod ei vel heredibus suis

competebat seu competere poterat nunc vel in posterum in terra prenotata; et ego ad instantiam dicti H., pronuntio me procuraturum quod quam cito Maria filia dicti H. primogenita, ad annos pervenerit discretionis vel pubertatis, dictam venditionem laudabit et firmabit ecclesie memorate et quitabit eidem omne jus et dominium que ei competent seu competere possent tunc vel in posterum in allodio supradicto; alioquin obligo me presentibus dicte Camberonensi ecclesie in xl libras alborum quas eidem per stipulationem promitto me redditurum, dicto allodio penes Camberonensem ecclesiam nichilominus perpetuo remanente. In cujus rei testimonium presentes litteras sepedicte ecclesie Camberonensi exhibui sigillo meo sigillatas. Actum anno Domini M^o CC^o XL^o primo, mense februario.

XXVIII.

Carta domini Th. de Hamaidia de elemosina quatuor bonariorum terre.

(Décembre 1256.)

Ego Theodericus miles, dominus de Hamaidia, notum facio universis presentes litteras inspecturis quod cum ego quatuor bonaria terre liberi allodii jacentis in parrochia de Torincort, emissem a Theoderico de Arbre et a liberis ejus qui eandem terram secundum judicium et legem patrie vendere poterant et vendiderunt, ipsamque terram per judicium et legem patrie emptam, legitime et pacifice possiderem, ego totam terram dictam cum omni jure quod in ea habebam vel habere poteram, tam ego quam heredes mei, sub testimonio competenti, juris ordine per omnia et in omnibus observato, ecclesie beate Marie de Camberon, per manum domini Balduini, Camberonensis abbatis, in elemosinam contuli jure perpetuo possidendam, promittens sub fidei et juramenti interpositione me dicte ecclesie super terra memorata contra quorumlibet hominum calumpnias vel incursus plenam libertatis garandiam prebiturum. Sub hac etiam obligatione spopondi quod si super dicta terra per aliquam calumpniam Camberonensis ecclesia dampnum aliquod incurreret vel gravamen, ego in propriis meis sumptibus et expensis ecclesiam sine omni custo suo a tali dampno et gravamine acquitarem. Si vero dictam Camberonensem eccle-

siam a possessione dicte terre per iudicium et legem patrie expelli contingeret quoquomodo, ego me et mea omnia dicte ecclesie ad assignandum eidem de meo proprio equipollentem per omnia possessionem sub fide et sacramento irrevocabiler obligavi. Ad hoc igitur perpetuum et inviolabile firmamentum presentem paginam conscribi et sigilli mei feci munimine roborari, per ipsam me et omnes meos heredes obligans ad omnia prenotata perpetuo firmiter observanda. Actum et datum anno Domini M^o CC^o XXX^o sexto, mense decembri.

XXIX.

Carta domini W. de Aengien de quadam hereditate, quam dedit ecclesie Camberonensi dominus W. de Hainueres.

(Tubise, 17 mars 1245.)

Jou Watiers, chevaliers, fuis le signor de Anghien, fach savoir a tous ciaux ki cest escrit veront, ke je fu presens, si cum sires, de par mon signor mon pere, ki en son lieu mavoit mis quant a ce nomeiment a Tubize, la ou Watiers de Haynueres acquist bien et loiaument et par les ensegnemens de la loi del pais un iretage ki gist a Tubize a Thomas de Naste qui bien et loiaument en ert aireteis, et por ce ke Jehans de Stehout fu hom a mon segnor de Anghien de le avoerie de cel iretage, un fuis Jehan fu la presens et jura et fiancha en la main mon segnor Jakemon de Renartbuis, chevalier, ke tantost com ses pere seroit mors, kil venroit devant mon segnor de Anghien et reporteroit en la main mon segnor de Anghien awes Wautier devant dit, ou awes sen oir la voerie devant dite et renonceroit a tout le droit ke i porroit avoir, et se se pere revenoit el pais ains kil defallist kil lauroit teil kil le feroit venir devant le segnor de Anghien et li feroit cele avoerie reporteir en la main le signor de Anghien, awes Wautier devant dit ou son oir, et sest obligies li fuis a peine de XL livres a rendre la ou je vorrai, sil ces choses ne faisoit et tenoit loiaument, et des choses a faire ensi cum deviseit est a-il fait plege Thumas de Naste son oncle, et Thumas a la requeste son cosin entra en plegerie de ces choses faire tenir. A ce fait et a ces covenances furent li home mon segnor de Anghien,

me sire Ernous de Rousbeke, me sire Watiers de Mussain, me sire Hue de Saintes, me sire Jakemes de Renarbuis chevalier, Lambins de Ripain, Vichons de Opehain, Pierres de Berhain, Colars de Honbruges, Williames de Fereitfau, Hanekins de Bonne, Henris de Bonne, et li maïres et li eskevin de Tubize, et por ce ke ceste convenance fu faite devant moi en tesmognage ai ie cest escrit fait saieleir de mon sael, et fu fait lan de le Incarnation Jhesu-Crist M CC XLV le samedi devant Oculi, à Tubize el moustier.

XXX.

Sigillum curie Tornacensis de elemosina domini Gilleberti canonici Lutosensis.

(14 Décembre 1261)

Universis presentes litteras inspecturis, officialis Tornacensis salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod in jure coram nobis propter hoc constitutus, Dominus Gillebertus, canonicus Lutosensis, dedit et contulit in puram elemosinam ob anime sue remedium ecclesie beate Marie Camberonensi, Cisterciensis ordinis, octo libras et tredecim solidos Turo-nenses annui redditus, quem habebat dictus G., tam in civitate Tornacensi videlicet LX solidos Artisiensium veterum super quandam domum, sitam in dicta civitate in vico qui dicitur li Ture, que domus est main-sendis de sancto Martino, et LXVI solidos parisienses tam citra Scaldam quam ultra, qui redditus vulgariter appellatur census de Maschines, quam in territorio de Molenbais videlicet XX solidos alborum supra sex jornaria terre jacentia prope domum Malbrukee, prout premissa asseruit dictus canonicus coram nobis habenda et percipienda in perpetuum a dicta ecclesia, ita tamen quod medietas redditus supradicti singulis annis in die obitus dicti canonici ad opus pittancie Camberonentium convertatur, postquam decesserit canonicus memoratus. Et predictum redditum werpivit dictus canonicus coram nobis ad opus ecclesie memoratae, et eandem de dicto redditu investivit promittens in verbo sacerdocii quod predictas collationem, werpitionem et investitionem non faciebat in fraudem vel exheredationem aliquorum, sed pure et simpliciter propter causam superius memo-

ratam, et quod contra predicta vel aliquod de predictis per se vel per alium non veniet in futurum, volens et concedens quod si contravenerit quod nos ipsum ad desistendum per censuram ecclesiasticam compellamus, suos successores, si contravenient in aliquo, quod absit, ad idem specialiter obligando, et nostre jurisdictioni supponendo quoad premissa, ubicunque eodem contingeret commorari. In cujus rei testimonium ad instanciam predicti canonici sigillum sedis Tornacensis vacantis presentibus litteris duximus apponendum. Datum anno Domini M^o CC^o LX^o primo, in die octavarum beati Nicholai hiemalis.

XXXI.

Carta domini Roberti de Maude de elemosina sua.

(28 décembre 1261.)

Jou Robers, chevalier sires de Maude et de Tillain, fach savoir a tous chiaus ki ces letres veront, ke jou pour larme de mi et de mes ancisseurs ai fait teil grase a labe et au couvent de Cambron, ke jou pour mi et pour mes oirs leur ai otryt et abandonne tous les pasturages pour leur bestes par toute le tere ke je tien et tenrai et ke on tient et tenra de mi, et se leur ai encore otriiet le voie pour toutes leur voitures, tant cum me tenure sestent, del pire de Leuse, deskes a le planke a Tillain et de cele mesmes planke deskes a le maladerie de Tillain, et a chou oblige jou mi et mes oirs par ces letres, ke je leur en ai doune, lan del incarnation Jhesu Crist mil et CC et LXI, le jour des Sains Innocens.

XXXII.

Littere de elemosina Willelmi Pavillon.

(1270.)

Sacent tout cil ki cest escrit veront ke jou Willaumes de Brugetes, li fevres, appeleis Pawellons, cum ensi me fust ke je me volisse a pareiller pour bien morir et entre les autres choses ki a chou se afferioient ewisse

requis a dant abbe de Cambron et au couvent leur orisons et le sepulture entre iaus et il buenement le me ewissent otries, jou pour le salut de men arme en men plein sains et en men plaine vie leur donnai et doune leur ai pour deu en pure aumosne, au benefisce de leur taule ou refroitoir, trois journeis, pau plus pau mains, de tere gisant vers le liu cui on appelle Rougeviaul, le quele tere jou ai tenue et cui il tenront de Jehan de Brugeletes, no doumisel, par mi deus deniers de cens par an, sauf chou ke de ceste tere recevra Mehaus me feme toute se vie les fruis, De autre part jou ai douneit encore a ciaux de Cambron a leur porte wes pour les poures un bounier de tere, pau plus pau mains, cui on doit ausi tenir de celui Jehan ki devan est noumes parmi un denier de cens par an, et se gist cis bouniers de tere aukes pries de ces trois jorneis devant dis par desous le voie et cest bounier de tere leur ai jou doune par teil devise, ke cele meisme Mehaus en doit prendre les frus tant cum ele vivera, et encore a Jehan Petit de Gage sen frere, se il le pourvit, ai jou outroyet pour deu en aumosne ke il endroit de lui de cest bounier toute sa vie prendre les preus, si ke apries le mort seulement de celi Mehaut venront le fruit de ces trois jorneis devant nommeis avec le propriete au benefisce del couvent de Cambron si cum devant est dit, et apries les decies de celi meismes Mehaut et de celui Jehan Petit, li fruit de celui bounier proprement et entierement a le porte de ce meismes liu. De mes meules pora faire cille Mehaus se volente toute se vie, sauf chou ke li remenans ki deviseis ne sera certainement ira tous a Cambron. A ceste ordinance quant je le fis furent present en tesmongnage dans abbes et li prieus et li celeriers de Cambron, Jehans li maires, et li mairesse de Brugeletes, Mehaus me feme, par cui conseil et par cui assens je fis toute ceste devise, Jehans Petis et Juette me niece. Et pour chou ke ceste cose ne soit tournee a oubliance, je voeus ke cis escrits en fust fais et saieles del sayel dant abbe de Cambron et del saiel no prestre de Brugeletes. Ce fut fait lan del incarnation Jhesu Crist mil CC LXX, el mois de fenal.

XXXIII.

*Sigillum sedis Tornacensis de elemosina fratris Johannis
et fratris Bartholomei.*

(Octobre 1261.)

Universis presentes litteras inspecturis, officialis Tornacensis salutem in Domino. Noveritis quod in jure coram nobis propter subnotata constituti, Colardus Michael et Jacobus fratres, dicti Colemer, Maria Margareta et Agnes sorores predictorum fratrum, necnon Johannes et Jacobus mariti dictarum Margarete et Agnetis recognoverunt et confessi fuerunt quod hereditatem parentum suorum ad dictos fratres et sorores ac Johannem et Bartholomeum, clericos eorum fratres et maritos predictos nomine suarum uxorum, ex morte dictorum parentum devoluta, cognitis viribus hereditatis, ipsi fratres, sorores et mariti, hereditatem ipsam inter se bene et legitime dividerunt, et in portiones hereditarias predictorum Johannis et Bartholomei clericorum per divisionem ipsam bona cesserunt infra scripta, videlicet: xx solidi Parisienses annui redditus et unus denarius Parisiensis annui census, quos vendidit quondam Colardus de Willaupuch quondam Nicholao dicto Colemer patri dictorum fratrum et sororum, de quibus idem Colardus de Willaupuch fecit, ut dicebant, assignamentum eidem Nicholao Colemer, ad medietatem quinque quarteriorum terre, parum plus vel minus, jacentis in parrochia Sancte Andree apud Chere site juxta terram Sancti Nicholai de Pratis et terram beate Marie Tornacensis, necnon supra mansum ipsius Colardi, situm in vico de Wees, sicut sedet ante et retro ut dicebant; item octo solidi Parisienses annui redditus et unus Laudunensis annui census supra domum Johannis Bougriel, qui quidam redditus et census fuerunt dicti Nicholai Colemer, ut dicebant; item, xii solidi Parisienses annui redditus et unus Laudunensis annui census, quos habebat dictus Nicholai ante suum obitum supra quandam domum sitam in parrochia Sancti Pii Tornacensis, quam tenet Gossuinus dictus Bute. Item mansus quondam Gonteri Trolemenut, situs in parrochia Sancti Bricii Tornacensis extra portam de Marvis vico. Item medietas decem et septem rase-riarum et trium francardorum ¹ bladi, iiii^{or} capones annui redditus supra

¹ *Francardorum*, le francard était une sorte de mesure pour le grain.

un^{or} bonaria terre jacentis in parrochia de Tourp, ad locum qui dicitur Marçais et ad locum qui dicitur Marienhaele. Item medietas unius modii bladi et quinque francardorum annui redditus supra quandam terram jacentem in parrochia de Tourp, ad locum qui dicitur As sars, juxta mansum Petri dou Bos, et supra tria jornalialia terre jacentis in eadem parrochia inter villam de Tourp et villam de Williaupuch, que fuerunt quondam, ut dicitur, Mathei Lexemple. Item medietas xi havotorum bladi annui redditus supra unum bonarium terre jacentis in parrochia de Tourp, ad locum qui dicitur As sars versus mansum Sigeri Dassonlevile et supra unum journalia terre jacentis ad Gerons Sauchot. Item, un^{or} raserie bladi annui redditus supra quinque journalialia terre jacentis in parrochia de Tourp, ad locum qui dicitur As sars domine Usilie, et supra unum journalia terre jacentis ad locum predictum. Et jura assignamentorum reddituum et censuum predictorum, et premissa omnia bona et jus omne competens in assignamentis reddituum et censuum predictorum asseruerunt dicti Colardus, Michael, Jacobus, sorores et mariti predicti, fuisse dictorum Johannis et Bartholomei, et eosdem Johannem et Bartholomeum monasterium Camberonense ingressos, predicta bona cum assignamentis et juribus monasterio predicto contulisse et Deo et ecclesie Camberonensi dedicasse, et ex causis hujusmodi bona ipsa ad dictam ecclesiam pertinere, et juris ipsius ecclesie esse, et si quid juris in dictis bonis habebant vel habere poterant dicti Colardus, Michael, Jacobus, sorores predicte et mariti predicti, ex quacunque causa, illud contulerunt et donaverunt coram nobis ecclesie sepedicte. Et renuntiaverunt sub fide et juramentis ab ipsis corporaliter prestitis omni juri predicto si quod in bonis supradictis competeat eisdem fide et juramentis ad opus ecclesie Camberonensis predictae. Promiserunt insuper predicti Colardus, Michael, Jacobus, eorum sorores et mariti predicti, quod predictam ecclesiam Camberonensem predicta bona perpetuo pacifice possidere patientur, et nichil unquam juris ipsi vel eorum heredes in predictis bonis reclamabunt, nec contra premissa venient nec artem vel ingenium querent, per se vel per alium vel quesito utentur, per quod predicta super bonis predictis in aliquo in posterum vexetur, inquietetur aut molestetur. Et pro premissis omnibus et singulis tenendis et firmiter observandis, predicti Colardus, Michael et Jacobus, Maria Margareta et Agnes ac mariti predicti, omnia bona sua presentia et futura predictae ecclesie Camberonensi coram

nobis obligarunt specialiter et expresse, renuntiantes sub suis fide et juramentis, quantum ad premissa omnia et singula, exceptioni doli mali, vis, metus in factum legi municipali statuto, et consuetudini patrie generali sive speciali, omni privilegio indulto et indulgendo et omnibus auxiliis et defensionibus tam juris quam facti, per quas contra premissa venire possent vel ea seu eorum aliqua impugnare, specialiter autem dicte Margareta et Agnes de consensu maritorum suorum, et Maria sub predictis suis fide et juramentis renuntiaverunt privilegio dotis seu donationis propter nuptias, et voluerunt prenominati Colardus, Michael, Jacobus, Maria, Margareta et Agnes ac eorum mariti et expresse concesserunt quod per generalem renunciationem predictam ipsis ad proponendum, excipiendum, agendum vel supplicandum adversario via percludatur, ac si omnibus exceptionibus, defensionibus, actionibus et officiis specialiter renuntiasent, volentes et concedentes, quod si contra premissa venirent ipsi vel eorum heredes, quod nos ipsos et heredes suos ad desistendum et ad observandum omnia et singula supradicta per censuram ecclesiasticam compellamus, se, heredes suos et bona sua nostre quantum ad hoc jurisdictioni supponentes, ubicumque ipsos vel eorum heredes commorari, aut bona eorum consistere continget. In quorum testimonium presentes litteras ad instantiam predictorum Colardi, Michaelis, Jacobi, Marie, Margarete, Agnetis, Joannis et Jacobi, maritorum Margarete et Agnetis, predictorum duximus sigillo sedis Tornacensis sigillandas. Datum anno Domini M^o CC^o LXX^o primo, feria secunda post festum beati Luce.

XXXIV.

Sigillum sedis Tornacensis de quadam domo nobis data in Tornaco.

(15 mars 1272.)

Universis presentes litteras inspecturis officialis Tornacensis salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod in presentia Egidii de Namainy, clerici curie Tornacensis notarii, ad hoc a nobis specialiter deputati, in jure constituti Alardus des Wastines, Johannes ejus frater et Agnes eorum soror, liberi condam domini Alardi des Wastines militis, de aucto-

ritate domini Jacobi dicti de Hailli, eorum curatoris eisdem a dicto clerico dati, reportaverunt in manus dicti E., ad opus ecclesie de Camberon, quandam domum cum apenditiis ejusdem sitam in parrochiam Sancti-Brichii Tornacensis, in vico qui dicitur Dercamp, que quidem domus fuit Arnulphi le Tondeur et Katerine ejus uxoris, quam domum quondam tenuit dominus Alardus de Wastines predictus eorum pater, sub annuo reddito de ecclesia Camberonensi predicta. Et renuntiaverunt expresse dicti A. J. et A., ad opus ecclesie predicte omni juri quod habebant seu habere poterant ex quacunque causa vel ratione in domo predicta cum apenditiis ejusdem in futurum, promittentes dicti A. J. et A. de auctoritate predicta, et ipse Jacobus curator eorum, fide ab eis prestita corporali in manu dicti clerici, quod in dicta domo et appenditiis ejusdem nullum jus reclamabunt seu ab aliquo reclamari procurabunt in futurum. Volentes et consentientes quod si ipsi in eadem domo cum appenditiis ejusdem in aliquod reclamare vellent, quod nos ad desistendum per censuram ecclesiasticam compellemus eosdem, jurisdictioni curie Tornacensis quantum ad hoc se supponentes. Juraverunt insuper dicti A. J. et A., se ratione minoritatis seu alia quacunque, contra presentes litteras seu contenta in eisdem non venturos. In quorum testimonium presentibus litteris sigillum curie Tornacensis duximus apponendum. Datum anno Domini M^o CC^o LXXII^o, feria quinta post Reminiscere.

XXXV.

Carta domini G. de Winti de elemosina x librarum annui redditus.

(Décembre 1272.)

Jou Godefrois de Winti, chevaliers, sires de Ostrisele, fach a savoir a tous chiaus ki sunt et ki seront, ke cum il fust et soit ensi ke li nobles hom messire Godefrois de Winti, ki mes peres fut, cui Diex fache merchi, eüst et ait laissiet, LX saus de blans en aumosne por Dieu al abbet et au couvent de Camberon. Et en apries messire Ernols, mes freres, XL saus de blans en auteil maniere, et Jehans, ausi mes freres, li clers, vint saus de blans, jou ki celui liu de Camberon, la ou il gisent tot troi, doi moult amer et aimme, ceste aumosnè ai tant acruite et acrois, ke je wel ke sourtout

i ait en somme par an x livres de blans, pour le salut de leur armes et de le mienne arme, et encore de larme ma dame Juette de Naste, ke me dame est et me mere, et de larme me dame Beatrix dame de Ostrisele, cui jou ai a feme, et de ces deniers ai jou fait et fach a chiaus de Camberon, certain assenement sour vi boniers de tere, ki ensi gisent, cest entre le moustier de Ostrisele et Winti, et le doit on commenchie entre le voie ki va de Ostrisele a Winti et les preis. Et tant ni avoit entierement, le sourplus doit on prendre au plus lointain coron de me tere deviers Winti. Et pour cou ke jou ceste tere tenoie de noble home monsigneur Gerars de Rodes et de me dame Mabile se feme, je fis ke il ambedoi greerent et loerent ceste aumosne et cest assenement et par leur volente et par leur los et par devant leur homes ki pour chou i furent souffisaument apiele et present, je reportai cele tere devant dite en le main chiaus de Camberon par devant Boidin del Bloucht ki pour chou faire estoit la el liu et el non del segneur devant dit et de le dame meismes par lettres pendans. Et che sont li non des homes : Sohiers de Belken, Wautiers de Baudenghien, et Gilles ses freres, Watiers Vois, Williaumes Rotiers, Ernouls de Hoeut, Watiers Scotetus, et cil Boidins ki devant est nommeis. Tout cil disent bien par enseignement de droit et de jugement ke jou en ceste tere devant dite, ai bien mis et a loi le abbe et le couvent de Camberon por lassenement devant dit. Et bien fait a savoir ke ceste tere devant dite ont rendue a mi cil de Camberon, en teil maniere, ke jou et mi oir le tenrons de iaus tant cum il nous plaira, ensi cumme acensie et arrenteie. Sauf chou ke cascun an devons le quinsainne de le Nativite Saint-Jehan-Baptiste, nous leur en renderons ces x livres de blans, desquels deus pitances doivent estre faites au couvent de Camberon cascun an perpetuellement, li une entours le fieste Saint Remi, por le anniversaire mon signeur men pere, et li autre en caresme, por le anniversaire mes freres. Et adont ausi doit estre enjointe aucune orisons speciaus en capitle a Camberon por mi et por me mere et por me feme ki devant sunt nommees. Et se il avenoit ke ces pitances ne fussent faites, jou et mi oir poriens adont resaisir cele tere devant dite; del autre part se cil denier ne estoient payet ensi, ou se li paiemens estoit tant prolongies ke il ataindist ou aconsuist lautre paiement, cil de Camberon poroient saisir celi tere, et por chou ne seriens nous mie cuite de ces dis livres ki adont deveroient estre payes. Et ceste tere, cest a dire le

tresfons, doit tenir liglise de Camberon de mi et de mes oirs, parmi ii deniers de cens, a payer a le Saint-Remi, ou se che non il doublerunt, et ensi jou et mi oir le devons warandir celi tere, si cum sires doit faire, et por chou nous i demeure toute justice. En le fin, por chou ke toutes ces coses soient miels retenues par memore et maintenues par fait, jou Godefrois ai fait saiel ces lettres de men saiel, et encore des saiaus mon signeur Gerars de Rodes, et me dame Mabile se feme, les quels il ont ensi fait metre par me requeste a ces lettres, por leur confirmation. Che fu fait en lan de le Sainte Incarnation Ihesu-Crist M CC LXXII, el mois de decembre.

XXXVI.

Carta domini G. de Rodes de eodem.

(Decembre 1272.)

Jou Gerars chevaliers, sires de Rodes, et jou Mabile se feme, dame ausi de Rodes, faisons a savoir a tous chiaus ki sunt et ki seront, ke cum il soit ensi ke messire Godefrois de Winti, sires de Ostrisele, nos amis et nos tenaules, ait arrinte le aumosne ke ses peres et si doi frere fisent jadis a le glise de Cambron, cascuns a sen tans et cascuns par lui et pour lui, et en tant lait estendue ke il vient ke cascun an i ait sour tout en somme x livres de blans pour le salut de iaus ki trespasse sunt, et de lui meismes et de le mere et de se feme, et de ces x livres ait fait assenement certain et perpetuel sour vi boniers de tere ki ensi gisent, cest entre le moustier de Ostrisele et Winti, et le doit on commenchier entre le voie ki va de Ostrisele a Winti, et les preis, et se tant ni avoit entierement, le surplus doit on prendre au plus lontan coron de le tere deviers Winti, nous de cui il tient ceste tere devant nommee, et nos hom en est, connoissons bien ke cis assenemens est fais par nous et par nos homes ki pour cou i furent souffisamment appiele et present, et nommeement par devant Boidin de Bloucth cui nous avimes mis pour chou faire proprement en no liu et en no non, jou Gerars et jou encore Mabile par nos lettres pendans. Li quels Boidins et li quel home par devant lui disent bien pour enseignement de droit et de jugement, ke cil messire Godefrois a bien mis labbe et le couvent de

Cambron en celi tere pour cest assenement devant dit, et en le fin pour le pietiet et pour le droiture ke nous veons en cest affaire, et pour chou ausi ke nos puissons avoir part en ceste aumosne. Toutes ces choses ki ci sont escrites, nous les loons et confremons, et pour chou ke eles soient estaules, a le requeste del chevalier devant nomme, nous avons fait ces lettres saieler de saiaus, et il meismes par no volonte i a mis le sien saiel avec les nostres. Che fu fait en lan de le Sainte incarnation Jhesu-Crist, mil deus cens et septante deus, el mois de decembre.

XXXVII.

Carta domini de Lens de quadraginta solidis annui redditus ad pitantiam conventus.

(Janvier 1291-1292.)

Sacent tout chil ki cest escrit veront ou oront, ke jou Jehans, sires de Lens en Braibant, ai doneit pour Dieu et en aumosne au couvent de Cambron, en pure pitanche dou dit couvent, xl sols de blans de rente par an a tous jours, li quel xl sols de rente devant dit, sont mis et asseneit pour recevoir chascun an, sur plusieurs pieches de tere, et en plusieurs lius, si loist a savoir, xx sols de blans de rente sour le manoir Nichaise le Pureur, tenant au manage Jehan Roussiel le carlier, et sour demi bonier de tere au pire de Mons, ki fut Jehan Roussiel le carlier, et li autres vint sols de blans de rentes, si sont sour un bonier de tiere, dont li troi journal gisent ale Crois a Boutemer tenant ale tiere Sarain le Geluit, et li quatre journes gist as Marlieres tenant a le tere le femme Bauduin Bellin, si doivent ches darains vint sols de rente Jehans li Stikes et Pieres ses freres. Et est a savoir ke de ces xl sols de rente deseure dis, frere Jehans li Marescaus, convers de Cambron, est ayretes bien et a loy de par le couvent de Cambron devant dite par me volonte et me gret de cui on tient le devant dit manage Nichaise et le demi bonier de tere sour quoi li premier xx sols de rente sont mis, sont asseneit, et le journeil de tiere es Marlieres, sour quoi le derrain xx sols de rente sont mis, et pour le volonte et le gret de Wiet de

Haul de cui on tient les trois journées de terre devant nommes a le Crois a Boulemer sur quoi cils darrain vint souls de rente sont asseneit, et par les eskievins de Herchies, ki jugent sont de tous ces yretages deseure dis, ki furent appielet comme eskievin a tous ces convents devant dis. Si furent com eskievin de Herchies, Jehans Libiers, Mahius Mortuiers, Alars Rossiaus, Jehan li Boins, Jehans li Cambiers, Bauduins Hellins, et Gerars Bohiers. Chou fu fait lan del incarnation Jhesu-Crist M. CC quatre vins, et XI, el mois de genvier.

XXXVIII.

Carta de elemosina Stasardi de Lens.

(A Cambron, en 1291 et 1295.)

Sachent tout cil ki sont et ki a venir seront, ki cest escrit veront ou oront, ke Tassars des Preis, cui Diex assoile, donna jadis absolument, sans james rapieler, par donation faite entre vivans, por Dieu et en aumosne al eglise Nostre Dame de Cambron a tenir perpetuellement xiii saus de blans et iii capons de rente a tous jours, ki estoit ses frans allues, liquele rente devant dite est sur une maison qui est deles le manage le dit Tassart a Masnui Saint Jehan, et le proufis de le dite rente, li abbes de Cambron de se volentet reporta au devant dit Tassart a tenir le cours de se vie tant seulement, por chou kil en devenist hom de fief al eglise de Cambron, ensi com il en devint et fu le cours de se vie, et por chou kil devint hom de fief del eglise devant dite, li abbes de Cambron devant dis lui acruit chou dont il devint ses hom de vie de herens par an, tant ke li dis Tassars viveroit. Et a ceste aumosne faire ki deseure est dite, furent present homme de fief del eglise devant dite, H. de Tierasse, Sy.¹ de Glabeke, et B. dOffebais, et au reportement ke li dis abbes de Cambron fist au devant dit Th. ensi que dist est des proufis de le dite aumosne, et a chou ke li dis Tassars devint hom de fief del eglise de Cambron deseure dite, furent present cil iii homme de fief devant nommeit, liquel iii toutes ces choses ensi faites com chi dit est

¹ Probablement Simon, dont il est parlé dans d'autres actes de la même époque.

recorderent as autres homes de fief de le dite eglise; sil est asavoir à H. de Hembize, M. de Bruges, a G. de Gant, a Baudouin d'Emin le Ville, et nous li abbes de Cambron devant dis, et li homme devant nommet, en connisance et en tiesmognage de veriteit de toutes ces choses faites ensi com dit est chi deseure; avons saielet de nos saials che present escrit. Ceste aumosne, cils hommages et chis reportemens furent fais a Cambron labbie, lan del incarnation Jhesu Crist M CC III^{xx} et XI, et li reçors de ces cozes en fut fais en le dite abbie devant le hostel, lan del incarnation M CC III^{xx} et XV.

XXXIX.

Littera de elemosina Jehanne, fille le parkeminier de Castiel.

(Chièvres, 1295.)

A tous chiaus qui ces presentes lettres veront ou oront, nous Jehaus, priestres cureis de Horues, doyens de Chiervc; Jehans, cureis de Lens; Nicholes, cureis de Tongres; Nicholes, cureis de Camberon St Vinchien; Jehans, cureis de Elignies; Liebiers, cureis de Momignies; Jehans, cureis de Lombise; Nicholes, cureis de Bliki; Renars, cureis de Stambuges; maistres Jehans, cureis de Ville; maistres Gerars, cureis de Herchies; Jehans, capellains de Ladeuse; Andrius, cureis de Syrau, et Pieres, cureis de Harchies, salut en Nostre Seigneur et cognissanche de veriteit. Sachent tout que Jehanne, li parkemineresse de Castiel Camberon, qui fu fille Jehan le parkeminier, saine et haytie, por le salut de sarme et por le salut des armes de se pere, de se mere et de ses ancisseurs et de ses successeurs, en no presence a doneit sans rapiel sollempneement entre vivans, par le los de Jehan le Vignon sen baron, al abbeit et au couvent de Camberon aves le pitanche dou couvent de Camberon se maison et tout sen yestre gisant a Cambron Castiel, entre le maison Sarain le boulengeresse et Robin le marakere, et se sires ou hoyrs ou autre persone debatoient a chiaus de Camberon devant dis le don devant nommeit et ne les en laissast on goyr paisieusement, Jehanne devant dite par le los de sen baron a donneit por Dieu en aumosne sans rapiel a chiaus de Camberon devant dis, si com devant sour

tout liestre et le maison devant dicte, L livres de tournois, lesquels deniers tous a 1 payement il sont redevable de payer a chiaus de Camberon devant dis, cils ou cil qui le don et laumousne devant dite leur debateroit. Et est li don devant dis ensi fais, de Jehanne et de se baron devant dit que cil de Camberon devant dit en doivent porteir tous les pourfis chascun an dou don devant dit jusques adont que on leus ara payet et delivreit les L livres tornois devant dictes, a 1 payement. Encore Jehanne devant dicte a donneit a chiaus de Camberon si com devant, par le los de sen baron, 1 preit gisant a Castiel au cor de le Kienerue, et son leur debatoit, elle sour le preit a donneit a chiaus de Cambron si com devant, c saus de tournois. Item, elle a donneit si com devant par le los de sen baron, 1 journal, pau plus pau mains, de tere de troys le bonnier gisant deleis le Hametial, et son leur debatoit elle a donneit si com devant, x livres de tournois sur le journal devant dit a chiaus de Camberon, en le maniere et en le fourme quil est li dons de le maison et de lyestre devant dit. Encore Jehanne devant dicte par le los de sen baron a donneit a chiaus de Camberon, en le maniere et en le fourme que devant 1 journal pau plus pau mains de tere, gisant au tieroit de Camberon Castiel desous le grant Bonne et le tient on de le glize de Spinleu. Et son leur debatoit sires ou hoysr le don devant dit, elle a sus donneit sans rapiel, a chiaus de Camberon si com devant, dis livres de tornois, a prendre si com devant a 1 payement. Et tous les dons devant dis et tous les pourfis de le maison, del yestre, dou preit et de le tere devant dicte a reporteit Jehanne devant dicte par le greit de sen baron et ses barons ossi, en le main dant Watier prieus de Camberon aves le couvent, si com devant est dit. Et cil de Camberon ont releveit les dons et les pourfis des dons devant dis, parmi xii deniers blans par an, a Jehanne et a sen baron devant dit, a payer a chiaus de Cambron devant dis chascun an a le fieste S. Remi, par maniere que cil de Camberon trayront as dons devant dis et leveront et prenderont tous les pourfis des dons adies, en queil moys, en queile semaine et en queil jour quil vorront, et tant mains dou lewier, selonc le tans passeit et a venir del annee. Et sil avenoit que sires ou hoysr fesist par quoy li glize de Camberon devant dicte ne pewist goyr paisieusement, des chozes devant dictes dounees si com dit est, li dicte Johanne a donnee al abbeit et au couvent de Camberon, les sommes de deniers devant dictes, cest Lxxv livres de tornois, a payer de

li ou de ses hoys al abbeit et au couvent de Camberon. Et pour les sommes de deniers payer a chiaus de Camberon son leur debatoit les dons devant dis, li devant dicte Jehanne oblige et a obligiet a le devant dicte eglise de Camberon li, sen hoys et tous ses biens. En tiesmoingnage de la queil choze, nous cureit et capellains devant nommeit, a le pryere, a le requeste et al instanse Jehanne devant dicte et Jehan sen baron, nous avons pendu nos saials a ces presentes lettres en cognissanche de veriteit. Che fu fait en le glize de Chierve, par devant nous tous, lan del incarnation Jhesu Crist M CC III^{xx} et XV, le vintisme jour dou Noeil.

XL.

Carta domini Balduini abbatis Camberonensis, pro annua pensione c solidorum.


(Juillet 1295.)

Universis presentes litteras inspecturis, frater Balduinus dictus abbas monasterii Camberonensis, Cisterciensis ordinis, Cameracensis diocesis, et conventus ejusdem loci, salutem in Domino sempiternam. Noverit universitas vestra recepisse nos sexaginta et quindecim libras Parisienses in bona pecunia a viro honesto, nobis percarissimo domino, Balduino dicto de Yeke sacerdote, quam pecunie summam convertimus in utilitatem hereditariam ecclesie nostre, ideoque eidem dicto domino Balduino promittimus bona fide quod quamdiu vixerit annis singulis in festo Omnium Sanctorum ipsi debemus et deliberabimus proventus terre empte ex suis denariis ante dictis, videlicet centum solidos Parisienses, et ex gratia speciali annis singulis quamdiu vixerit in festo beati Martini hyemalis eidem promittimus dare et deliberare quinque ulnas panni nigri. Preterea quam benefactores nostros tenemur nostre et nostrorum successorum memorie commendare, predicto domino Balduino ex amicitia et favore speciali promittimus quod post decessum ipsius annis singulis diem anniversarii ejus relemus et eum cum benefactoribus nostris in martirologio inregistramus, et tunc pro anima ipsius orationes injunguntur speciales et in eodem ipsius anniversarii die annis singulis in perpetuum de centum so-

lidis Parisiensibus antedictis integraliter nostro conventui fiet pitancia specialis. Et ad hec omnia et singula antedicta fideliter adimplenda, nos et nostros successores obligamus. In quorum omnium testimonium sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum. Actum et datum anno Domini M^o CC^o nonagesimo tercio, feria quinta post octavas apostolorum Petri et Pauli.

SECTIO QUINDECIMA.

CARTARUM DE WINAGIIS.



INCIPIUNT

CAPITULA CARTARUM DE WINAGIIS.

- I. Carta Ph. comitis Flandrie de winagiis terre sue (confirmatio M. comitisse et G. comitis ligate simul).
- II. Carta B. comitis de winagio et calcagio (confirmatio Willelmi comitis Hannonye simul ligata).
- III. Carta Ph. marchionis Namurensis de winagio terre sue.
- IV. Carta Ar. de Audenarde de winagio terre sue.
- V. Carta Ingeranni de Marla de winagio 14^{or} curruum.
- VI. Carta domini R. de Bethunia de winagiis de Tenramonde.
- VII. Carta Th. de Bevre de winagiis.
- VIII. Carta R. de Rodes de eodem.
- IX. Carta G. de Grimberges de eodem (duc).
- X. Carta W. de Fontanis de eodem.
- XI. Carta W. de Landellies de utragio.
- XII. Carta ducis Brabancie de winagio. Item de eodem Vidimus.
- XIII. Carta winagii de Stree.
- XIV. Carta de eodem, de reparatione pontis de Stree.
- XV. Carta W. de Bevre de winagio de Axele.
- XVI. Carta episcopi Tornaccensis de winagiis.
- XVII. Carta abbatis Fusinacensis de winagiis de Avesnis.
- XVIII. Littere ducis Brabancie de winagiis terre sue. (Due sunt.)
- XIX. Instrumentum super Vidimus duorum de Sonegiis unde supra.
- XX. Littera ville Gandensis de winagiis d'Audenarde et instrumentum ejusdem : simul ligate sunt.

CARTARUM DE WINAGIIS.

I.

Carta Philippi comitis Flandrie de winagiis terre sue (confirmatio comitis M. et comitis G. est cum hac carta ligata).

(.....)

Ego Philippus Dei gratia Flandriarum et Viromandie comes, omnibus fidelibus tam futuris quam presentibus in perpetuum. Novimus expedire nobis equitatis ac pietatis ratione dictante, ut quanto nos in hoc mundo divina sublimavit dignatio, tanto servis Christi nostra suffragetur munificentia seu possit cujusvis nostri juris relaxatio. Quocirca notum facimus omnibus fidelibus tam futuris quam presentibus, dilecto nostro Danieli, abbati videlicet Camberonensi eique domui in ordine Cisterciensi Christo militanti, tam pro anime nostre salute quam pro animarum predecessorum nostrorum absolute, totius terre nostre vectigal seu winagium in rebus dumtaxat ad ejusdem domus proprios usus pertinentibus in perpetuum nos relaxasse atque remisisse, ut videlicet fratres domus designate cunctis in locis nostre ditioni subjectis euntes vel redeuntes, ementes vel vendentes, ab omnimodo liberi sint exactione. Hanc autem remissionem titulo devotionis ac pietatis a nobis initam ne a posterorum vel modernorum defluat memoria, auctoritate nostri nominis et dignitatis insignita nostrique impressione sigilli munita presens conservabit pagina. Hujus rei testes sunt Petrus frater noster, Johannes Insule Castellanus, Samuel abbas de Los, Gerardus de Mecinis.

II.

Carta Balduini comitis de winagio et calchagio.

(Mai 1196.)

